11

PONZETTUS.
LIBELLUS
DE
VENENIS.

1521.

C. XVII.
16/P
5168/D-1 + 5169
D VI h (1077)



fr 150 -

Ponzettus
66870

1077. PONZETTUS, Ferdinandus. Libellus de venenis. — Secunda pars philosophiae naturalis. 56 and 104 leaves. With fine historiated woodcut border enclosing a boarhunt, and the author's cardinal arms. Folio. Boards. Rome, Mazochius, 1521. Frs. 150.—

F. Ponzetti died 1527. Both parts of the book are very rarely found together, as in this case. The title leaf slightly repaired, otherwise excellent copy.

99

Dieses Exemplar enthält auch die „Secunda pars philosophiae naturalis" von F. Ponzetto. Antiquar Alb. Cohn in Berlin bietet „libellus de venenis" allein, mit bloß 55 Blatt (vorliegendes Exempl. zählt 56), für Mark 45.- aus! Haller: Bibliotheca botanica, I. p. 244 bezweifelt das Vorhandensein einer Ausgabe: Rome, 1521 (!).

A. Cohn, Berlin W. Catalog 200.

1049. — **Ponzettus** (Ferdin.). Libellus de Venenis a Ferdinando Ponzetto editus. *Romae, Jacobus Mazochius*, 1521. In-fol. de 55 ff. cart.

Volume fort rare. Titre dans un encadrement gravé s. b., avec armoiries. Bel exemplaire, très grand de marges.

42051(1)

Libellus de Venenis a Ferdinando Ponzetto tituli ſancti Pancratii Presbitero Cardinalj editus.



Ferdinandus Pózettus Car. Melfiteñ. Auguſtino Nypho philoſopho preclaro Salutem

CVM ANNO Iubilei in Vrbe conueniſſem
Paulum Tholoſam, interloquēdo uiſus eſt mi
hi plenus prudētia/ac beneficētia: quod poſtea
conſuetudo / multaqꝫ honeſta obſequia etiam
erga me cōprobarūt: quibus ſane ab illa hora
ſum ei ea caritate deuinctus, ut in rebus ſuis qñ
cedunt ex ſentētia tantum capiam uoluptatis: & econtra mœ-
roris, ut in propriis. Et quia, ut noſti, utitur multa remiſſione:
nam & omnibus pene patent domus ſuæ fores. Conſiderās
igitur iniquorum latebras / odia / & cupiditates habendi, gratia
tanti amici perſpiciens, libros medicinæ & excerpſi quæ habēt
momentū ad cognoſcēdas naturas uenenoſoꝝ, & longe plura
ad præſeruandum ab eis, quod ſane magis confert hominibus,
q̄ poſtea ſubminiſtrare ſera remedia uenenatis. nō tamen pau
ciora annotaui ad curandum. Multa experta/multa probatiſſi
mis ueterum auctoritatibus comprobata reduxi in compendiū,
remotis difficultatibus. Occupantur.n.potius ſomno q̄ lectio
ne, qui iſtis detinētur. Supereſt ergo ſtudioſe mi Auguſtine
occultoꝝ naturæ fidelis interpres, ut ante editionē aliquod tē-
pus huic operi diligenter accōmodes: & ſi quid inuenies quod
diſpliceat, non pigeat nunciare: eo maxime ne nobis accidat qđ
uulgo dicitur: dum a ueneficis præcauere ſtudemus, aliquos
latenter inſtruere uideamur. Vale.

Liber Primus de venenis.

Tract. i. de communi noticia illorum.

Cap. i. de eorum deſcriptione.
Cap. ii. de diuiſionibus illorum.
Cap. iii. an elementa ſint uenenoſa.
Cap. iiii. an poſſint inficere ſine contactu.
Cap. v. q aliqua fiant uenenoſa: & non ſemper æque inficiant.
Cap. vi. que ſunt magis apta nocere.
Cap. vii. an expediat ponere proprietates occultas.
Cap. viii. an homo poſſit nutriri ueneno.

Tract. ij. de actione venenorum in genere

Cap. i. de modo nocendi eorum.
Cap. ii. an inficiant ab extrinſeco.
Cap. iii. quomodo complexio reſiſtit uenenis.
Cap. iiii. de ulteriori declaratione.
Cap. v. an ſumpta habeant tempus terminatum.
Cap. vi. an reducta ad minima inficiant.

Tract. iii. de diſtinctione venenoſorum.

Cap. i. de illis que reputantur talia & non ſunt.
Cap. ii. an nature ſpecifice illorum cognoſcantur per effectus.
Cap. iii. quomodo mixta diuerſimode exeant in actum.
Cap. iiii. q uenenoſitas non ſit ſubſtantia.

Liber Secundus

Tract.i. de præſeruatione.

Cap.i. de præſupponendis in ea.
Cap.ii. de præſeruatione per cibum & potum.
Cap.iii. de præſeruantibus relatis ab aliis.
Cap.iiii. de detegentibus præſentiam ueneni.
Cap.v. de remediis illorum de domo ſancti Pauli.

Trac.ii. de cauſis.

Cap.i. de difficultate cognoſcendi eas.
Cap.ii. de ſignis illorum in genere.
Cap.iii. de ſignis euaſionis/& mortis.

Tract. iii. de curis venenorum in genere.

Cap.i. de ſex rebus uocatis non naturalibus.
Cap.ii. a quibus eſt incipiendum:
Cap.iii. de ſimplicibus, quæ curant.
Cap.iiii. de compoſitis, quæ reputantur experta.
Cap.v. quæ curant confortando, quæue alterando.

Tract.iiii. de curis illorum in ſpecie.

Cap.i. de cura calidorum.
Cap.ii. de cura frigidorum in genere.
Cap.iii. de cura argenti uiui.
Cap.iiii. de cura calcis/aluminis/& aqua ſaponis.
Cap.v. de cura litargirii/magreæ/cinabri/ceruſae/gipſi/& magnetis.

Cap.vi. de cura æris eruginis ferri lapis lazuli & armeni.

Tract.v.de putreſcibilibus.

Cap.i. de cura humidorum.
Cap.ii. de ſudore & quibuſdã, quæ corrũpunt ex tpe/& curis.
Cap.iii. de cura carnium/& piſcium, quæ interdum putreſcũt.
Cap.iiii. de melle/nucibus/& auellanis corruptis.

Tract. vi. de partibus animalium veneñoſis.

Cap.i. de felle leopardi/uiperæ/piſcis/canis: & cura.
Cap.ii. de ſanguine tauri/mulieris menſtruatæ/cantaridibus, & curis.
Cap.iii. de cerebro cati/cauda cerui, & cura.

Trac. vii. de plantis ⁊ partibus ipſarum venenoſis.

Cap.i. de ſcamonea/ſquilla agreſti mezereon/& curis:
Cap.ii. de ſtaphiſagria/euforbio/& cura.
Cap.iii. de ruta agreſti/titimallo/& curis.

Tract.viii. de plantis manifeſte venenoſis.

Cap.i.de napello & eius cura.
Cap.ii. de anacardo/oleandro/& curis.
Cap.iii. de caſtoreo/elleboro/& curis.

Tract.ix. de frigidis.

Cap. i. de accidentibus & cura fungorum:
Cap. ii. de oppio & cura.
Cap. iii. de mandragora & cura.
Cap. iiii. de rana uiridi & cura.
Cap. v. de iuſquiamo & cura.
Cap. vi. de pſilio Coriandro & curis.
Cap. vii. de nuce metel cicuta ſolatri & curis:
Cap. viii. de aquis infectis & cura.

Liber Tertius de morſibus venenoſis

Tract. i. de preſeruatione ab eis

Cap. i. de preſupponendis pro noticia.
Cap. ii. de tuenda domo ab animalibus uenenoſis.
Cap. iii. de tuentibus hominem.
Cap. iiii. de illis que excludunt beſtiolas.

Tract. ii. de curis morſorum

Cap. i. de ſeruandis in iſtis.
Cap. ii. de curis ulcerum in particulari.
Cap. iii. que ſumpta curant ulcera.
Cap. iiii. de morſu uipere & draconis.
Cap. v. an p̄dicta ſint calida & frigida & natura colubri & cura.
Cap. vi. de baſiliſco & cura.
Cap. vii. de morſu Cornute & aſpidis ſurde & cura.
Cap. viii. de Idra botrace Stellione & curis.
Cap. ix. de tarantulis Apulie & cura.
Cap. x. de aranea, rutella & curis.

Gap. xi. de ſcorpione/ueſpis/apibus/& curis.

Tract. iii. de rabie canum.

Cap. i. de cauſis & ſignis illius.
Cap. ii. de accidentibus bonis & malis morſorum.
Cap. iii. de ſolutionibus dubiorum.
Cap. iiii. de præſeruatione & cura ipſorum.

Tract. iiii. de aliis morſibus.

Cap. i. de illo hominis rabidi uel ieiuni.
Cad. ii. quomodo ſaliua hominis conferat/uel noceat.
Cap. iii. de morſibus non uenenoſis.
Cap. iiii. de morſu cati/mulæ/&. aliquorum.
Cap. v. de ueneno gladii/uel ſagittæ uenenatorum.

Finis.

Liber Primus de Venenis.

Tract. i. de cõmuni noticia illorum.

Cap. i. de eorum deſcriptione.

CVm proceſſus diffinitiuus & diuiſiuus nõ poſſint ſemper æque accõmodari diſciplinis. Nam que determinant res ad ſuas naturas/ non ſunt in omnibus continue manifeſta. Neq̧ omnia uenena locantur ſub una ſpecie que proprie ſolet diffiniri. Ideo ſufficit ab initio ſubiicere ſeu declarare nomen ad quod cetera deinceps / inquirenda poſſint referri. Ex iſtius ſane interpretatione non parua rerum extrahitur noticia. Aiunt igitur uenenum ſic uocari eo ꝙ ex ſe uadat per uenas quas aliquando coarctat. Et quia motus ipſius creditur terminari ad cor. Ideo putant ꝙ circundat ipſum ut uenator feras. Ab aliis uero reputatur nomẽ compoſitum ex ue & neco / quia ſepe necat cum ue/ideſt dolore prenũciãtẽ mortem. Eſt nãq̧ ex ſe potens interficere ſiue ſit ſimplex ſiue mixtũ natura/uel arte/ſiue etiam medicina perniciosa de qua Ariſtoteles pharmaca inquit q̃ cũq̧ amara & fetida & in parua quantitate data ſunt corruptiua corporis non uocantur medicine ſed uenena mortifera. Et ſi quãtum ad rem ſit illud quod ſua qualitate interimit. Eũ cui eſt contrarium ex modo ſue mixtionis quod cognoſcitur/quia ut plurimum remanet in corpore ſumentis ſecundum diſpoſitionẽ quã habebat anteq̃ aſſumeretur/& uincit/ & permutat illud per aliũ modum ab eo quo ipſum corpus uincit & permutat cibum in ſe pſum. Aliquando tamen cauſatur infectio per aliquid impreſſum patienti ab extra ut dicitur de arbore que naſcitur in Archadia appellata Taxos a qua creditur ꝙ toxicum ſumpſerit nomen / quoniam interficit homines qui dormiunt ſub ea / & ſi

pleriq; aſſerant ꝙ quando defigitur in illa clauus perdit uenenū: quia forte impeditur exalatio fumi peſtiferi illius.

Cap. ii. de diuiſionibus illorum.

Quedam ſunt uenenoſa in ſua natura/ & origine & id uel ex mineris ut argentum uiuum Gipſus & ſimilia. Alia ex plantis/ ut oleander quarum alique habent illud in ſucco ut Mandragora Quedam infructibus ut Cornua Anacardi/quedam in ſeminibus ut Iuſquiamus. Ex animalibus uero aliqua cōtinent uenenum in determinata parte corporis ut fertur de cauda Cerui/quedam in toto ut Cantarides & multa in Saliua & ore/ & aliqua in ſpuma uel in flatu uel anhelitu. Et nonnulla fiunt artificio & ſi ut plurimum ex aliis uenenoſis quando ſublimantur/ non tamen corrupta forma ipſorum corrumpitur uenenoſitas ſed remanet in parte extracta/ſignum eſt cibus dulcis uerſus in ſanguinem in quo remanet eius dulcedo uel forte ꝑ ſublimationem illorum potius acuitur & augetur malicia/ut conſtat in aliquibus quando fumus alicuius rei uenenoſe ſublimate inuiſcatur aliquibus ſcannis ſeu ueſtimentis tangens iſta remanet uenenatus ut ſepe accidit tempore peſtis/ in quo ſolo tactu rerum infectarum multi moriuntur. Et rurſus quedam inficiūt qualitatibus manifeſtis ut Euforbium ſi concedatur eſſe uenenoſum/ & aliqua dicuntur inficere a proprietate/ puta illa quorum effectus non poteſt tribui alicui qualitati quam ueteres uocabant mirabilem/ puta calliditatem inflāmantem Napelli aut frigiditatem ſtupefaciētem Opii & ſub iſtis locantur multe ſpecies. Inficientium autem ab extra aliqua ſubintrant poros cutis/ut fumi predicti ſublimatorum artificio/ aut flatus quorūdam ſerpentum ſeu rerum corruptarum qui interdum trahuntur naribus & impartiuntur cordi. Et quedam interimunt uiſu ut Baſiliſcus & aliqua ſecundū alios auditu ut ſibilatio reguli Idem de aliis ſenſibus. Quedam interficiunt cito, Quedam tarde/quedam incipiunt cū impetu & cito dilatantur ut habentia ſubſtantiam ſubtilem. Quedam econtra ut putreſcentia de quibus patebit poſt.

Cap. iii. an elementa ſint uenenoſa.

QVidam putabant ꝙ ſic. Nam quando aliquod illorum multũ prædominatur, poteſt diſtẽperare/ & interficere: ut conſtat de quibuſdam exhalationibus, quæ ſunt mixta imperfecta. Sed quia alia eſt conſideratio elementorum abſoluta, alia prout ſunt in mixtis. non enim illa ſunt uenenoſa: quia ſi ſic, omnia mixta / & animalia eſſent talia. Eſto .n. ꝙ ex actione intenſa qualitatum primarum poſſit alterari/& diſtemperari complexio/ſeu temperies, & continuata actione deſtrui. Iſtud tamen poteſt accidere ſine ueneno. Si enim homines non ſubiicerentur iſtis diſcriminininibus, non infirmarentur, nec perirent. Cum igitur iſta perturbatio infectiua ſm periciores cauſatur ex modo mixtionis: ideo mixta dumtaxat ſunt uenenoſa: & interdum poſſent etiam nocere ſine ueneno: quãdo multum excederẽt in aliqua qualitate: & forte exceſſus poſſet eſſe tantus ut citius interficeret, q̃ certum uenenum datum. Nam ſi euforbium interficit ſua caliditate potentiali, multo magis habens eã in actu & in gradu intenſiori. Et eſto qđ aĩalia & mixta ꝓpinqua naturis elemẽtorũ aliqñ magis uexentur ex perturbationibus temporum: & multus uapor eleuatus pronunciat animum grauem: & habitantes loca paludinoſa, in quibus habundat humidum putreſcibile, frequentius infirmantur. Et ranæ paruæ quando habundant plus ſolito pronoſticãtur infirmitates iſta Inquam diſcrimina ĩmediatius cauſantur amixtis uel ab eorũ putredinibus. Si tamen uenenũ ſumeretur pro omni eo ꝙ poteſt tempore breui inferre mortem nõ ſolum aer ſed aqua ignis & terra poſſent uocari talia non ſeparata quia non reperiuntur ſed quando predominantur in mixto.

Cap. iiii. an poſſint inficere ſine contactu.

TEnetur ꝙ ſic: patet de piſce appellato torpedo ſtupefaciẽte manus / & non rhetia: & ſol agit infra terram: & ambra trahit paleam: & magnes ferrum &c. Sed puto ꝙ ſemper

concurrat aliquis contactus. Nam qualitas praua illius pi-
ſcis defertur ad manus piſcatoris medio rhete cuius infectio nõ
percipitur: quia nõ eſt aptum diſtẽperari ſicut manus. Sol uero
dicitur agere in partes centrales influentia / qua occulte produ-
cuntur mineralia uel potius ſuo lumine calefaciente / licet enim
non ſit formaliter calidus calefacit / tamen reflexione ſuorum ra
diorum patet quando in ſpeculo concauo accenduntur feſtuce.
Et manifeſtius agit ſuo motu / quia in diuerſis aſpectibus ipſius
generabilia & corruptibilia manifeſtius permutantur. Et quã
do aliquod aſtrum eſſet frigidum poſſet interdum ſuo radio ca
lefacere / patet de luna in plenilunio: in quo noctes ſunt calidio-
res. Non enim omnes calores ſunt eiuſdẽ rationis / puta igneus
& naturalis: uel generatus ex motu / quia cauſe & operationes
iſtorum ſunt diſtincte ſpecie. Et licet caliditas ignis compara-
ta ad alia elementa ſit prior & intenſior cauſata: tamẽ ab aſtris
eſt equiuoca cum illa. Concurrit igitur ad inficiendum aliquis
contactus / quia nec Ambra trahit paleam niſi calefacta. Nec Ma
gnes ferrum / niſi iſtud recipiat aliquam qualitatem ab eo qua
ſit habile trahi patet: quia quando fricatur alio impeditur at-
tractio / quoniam tunc qualitas non poteſt deferri ad illud.
Oportet tamen ut ſit in debita diſtantia ad recipiendum illam.
Nam nec membrum trahit nutrimentum quantumcunq; di-
ſtans. Et propterea p̄dicta differunt ab elementis / quia iſta mo-
uẽtur per ſe / ad ſua loca quantumcũq; diſtent / quoniam tendũt
ad illa per propriam naturam ut ad finem. Que etiam dicũ-
tur de quibuſdam feminis in Libia uocatis Beite ꝙ habeant in
oculis duas pupillas / quibus interimunt homines ſolo uiſu poſ
ſet accidere / quando ira accenſa in eis cogeret exalare fumos ſan
guinis: uel alterius humoris illarum corruptos / qui prius quie-
ſcebant / & tunc delati ad aerem & ex iſto ad rem uenenandam
inficiunt / ſicut etiam mulieres menſtruoſe maculant ſpecula ua-
pore delato ex oculis ad illa. Multe namq; operantur diuerſi-
tates naturarũ / ut aiunt ꝙ in Inſula Nili reperiuntur homines ap
pellati Tenterii quorũ uoces timent ac preſentiã fugiunt Coco
drili. Et licet aliq̃ operatiões iſtoꝝ & ſimiliũ ex pauca ſenſatiõe

ſint parum manifeſta concluduntur : tamen ex aliis notis apud ſenſum. Quedã enim uenenoſa eorum ſubtilitate ſunt adeo ap/ta penetrare : ut ſolo flatu aut uiſu interimãt. Et de inficientibus qualitate intentionali/ſi qua reperiãtur eſſet ſatis probabile de quibus poſt. Et econtra aliqua ſunt adeo groſſa/ut poſita in ore/uł in ulcere non multum profundo : non ledant ſenſibiliter / niſi prius a calore naturali reducantur ad actum . Ad propoſitum igitur : licet aliqua ſubtilia poſſint forſan agere ſine contactu/mathematico: in quo oportet:ut ultime ſuperficies/uidelicet agentis & patientis ſint ſimul/non tamẽ ſine phyſico/quo agitur in paſſũ uirtute forme naturalis/uel influentie celi : ſiqua datur : & in hũc ſenſum ſemper motor eſt ſimul cum moto/& de iſto intelliguntur predicta.

Cap. v . ꝙ aliqua fiant uenenoſa & non ſemper eque inficiant.

Quedam plante inficiuntur propinquitate ueneni. Nam ſi ſub radice uitis ponatur Euforbium:uel Mapellus uinum/ex ea producitur uenenoſum. Similiter quando ferrum rubiginoſum ponitur iuxta porrum : uel fungum. Iſta tamen cognoſcuntur colore liuido nigro: uel uiridi. Idem accidit iuxta cauernas : ſeu foramina animalium uenenoſorum/a quibus plante ſepe inficiuntur illa praua qualitate. Signum eſt/quia tunc fructus earum ledunt : & ignoratur cauſa/non enim odor : uel color oſtendit ſemper illarum maliciam. Nam & plerũqꝫ fetida nõ apparent comedentibus talia : quoniam odoratus eget medio extrinſeco. Cibus uero intus ſuſceptus non defertur per illud . Et deniqꝫ ſicut oſcitantes minus audiunt uoces uel ſonos : quia motus interior illorũ prohibet percipere exteriorẽ. Similiter accidit de illis fructibus infectis : qa actus guſtus poteſt impedire illũ olfactus ut quãdo replẽtur uie/ ꝑ quas tranſit cibus. Et licet nerui dãtes ſenſum & motũ guſtui ſint ꝓximi illis anhelitus ſine quo nõ odoratur : non tamen poſſunt facile ſimul exire in actũ ꝙ etiam

non ſemper inficiat: eodẽ modo ſuadetur ab aliquibus exem-
plo quorundam monachorum, qui quottidie infirmabantur:
& non poterant proſpicere cauſam: niſi ꝙ eorum Agricola
quadam die aduertit ꝙ catus monaſterii ludebat cum ſerpente:
& tunc cognouerunt ꝙ infectio eorum cauſabatur ab illo: ſed
non poterat inducere mortem: quia letitia ſerpentis ex ludo
non permittebat acui uenenum uſq; ad terminum illius. Nec
mirum quia etiam mures ludunt cum illis. Sicut igitur ue-
nenoſa habent diuerſos gradus malitiæ, ſimiliter uarios modos
inficiẽdi. Idem etiam poteſt nocere uni & non alteri: patet de
Iuſquiamo reſpectu turdi, qui creditur habere meatus adeo ſtri
ctos, ut anteq̃ perueniat ad cor, remittatur eius frigiditas: uel for-
ſan habet expulſiuam adeo fortem, ut præueniat nocumentum:
ut cunq; tamen non eſt uenenum omnibus ſpeciebus. Poteſt
etiã aliquod inficere plura indiuidua, & non omnia: ut que ha-
bent fortem & ſenſibiliorem expulſiuam. Et aliqua lædũt ſm
partem corporis extrinſecam, & non intrinſecam, puta cepe,
quod habet humidum/uiſcoſum/ & mordicatiuũ in ſuperficie:
ideo eius fumus cogit oculos lacrimari, non ſic intrinſecus. nã
quando comeduntur, partes ipſius ſuperficiales & ſubtiles reſol
uuntur calore naturali. Recipiuntur etiam cum cibis in locis
plenis humiditatibus, quibus aufertur eis acuties/& malitia:
groſſæ uero quæ remanẽt, non lædunt: quia diuiſæ per maſti-
cationem a uiribus uegetatiuis digeruntur & uertuntur in ſan
guinem. Lædunt igitur exterius: quia ibi calor debilis nõ po
teſt partes ſubtiles reſoluere: quare ulcerant. Oppoſitũ accidit
de ceruſa. hæc enim frigida/& ſicca habens partes groſſas, quæ
interius acuitur: & ab extrinſeca caliditate uigoratur eius malicia
quare ſepe preſocat: & interficit, quod nequit facere exterius: ubi
potius lenit & ſigillat, occurrit enim mitiori calori: a quo nõ po
teſt complete actuari. Et iſte uarietates poſſunt etiam cauſari re-
ſpectu temporis patet de uite alba: quando eſt recens, quia de ea
comedunt homines: animalia, & quando peruenit ad ſtatũ ul-
cerat ſtomachum: & facit accidentia ſæua: & ſi aduerſetur uene-
no. Poſſunt inſuper euariari effectus: ex fortitudine: uirium aĩe

preſertim illarum quattuor : que ſubſeruiunt ſingulis mēbris pu ta expulſiua : que ſepe prius exit in actum quam alie , quia for ſan magis irritata : uel precipue ordinata a natura ad repellendū corporis nocumenta. Perturbatio etiam humorum & eorū di ſcraſia in quantitate : uel qualitate poſſunt retardare : & aliquan do accelerare operationes & motus illorum : quoniā natura ma gis irritata citius conſurgit . Et licet uapores natura leues ſint apti ferri ſurſum : & graues deorſum . Sepe tamen obſtructis poris & meatibus : aut perterritis uiribus : uel alteratis inſtrumē tis ſubtiles uadunt deorſum : & graues ſurſum : quia minus le duntur mixta ex motu inordinato : q̄ ex corruptione.

Cap. vi. que ſunt magis apta nocere.

COmparantes uenena in malicia. Aliqui tenent frigidū eſſe deterius calido comparatione eiuſdem corporis. Frigiditas enim non ingreditur per ſe opus nature/& magis in imicatur ca liditate innate. Alii econtra: quia caliditas eſt actiuior: & aptior ſub tiliari & aperire meatus / & potentiori uigore ducere uenenum ad cor. Putant enim iſti ꝙ plus ledat uigor ueneni calidi q̄ contra rietas ſeu malicia frigidi. Cum tamen addunt ꝙ uenena animaliū ſunt deteriora illis plantarum/ & iſta mineralium non eſt uerum ſimplr niſi forte cōparando totam latitudinem unius ſpeciei : ad totam alterius, quia conſtat aliquod uenenū minerale : uel plan te magis ledere q̄ illud determinati animalis puta caude Cerui. Cum igitur comparatio ſit habitudo in uniuocis non debet pro prie fundari niſi ſuper equalitate extremorū proportionabiliū in eadem ſpecie. Cum etiā heſitatur/ an homo calide nature ſumēs uenenum frigidum citius moriatur : q̄ homo nature frigide. Vi detur ꝙ ceteris paribus citius moriatur iſte/quia in eo eſt minor reſiſtentia. Et licet uenenum frigidum credatur poſſe minus le dere reſpectu calidi : quia tamen trahens moram in corpore in terea ſubtiliatur & acuitur calore uenarum pulſatilium / ideo ci tius interficit . Alii econtra : quia inter hominem calide comple xionis : & uenenum frigidum eſt maior contrarietas/quia inten

ſior actio Inquantum igitur natura calida eſt fortior ſeu actiuior: effectus ueneni frigidi ſunt debiliores nec refert ꝙ poſſint ſubtiliari & iuuari attractione qa ſemp & in quocunq; gradu uenenũ frigidum minus contrariatur complexioni frigide. Arterie etiam proportionate cordi frigido tardius trahunt iſtud reſpectu complexionis calide & minus ſubtiliant. Nec eſt credendum uenenum frigidum tractum arteriis calidis fieri magis acutum: quia ex iſta alteratione potius minuitur potentia frigidi: unde & ſi iſtud ex ſui priori natura uideatur magis contrariari uite. Calidum tamen naturale animalium eſt per ſe ualidius & in utraq; complexione citius imprimit. Eſt tamen concedẽdum quod minus ledit calidam/quia iſta fortius reſiſtit & ratione ſimilitudinis minus opponitur. Experientia etiam oſtendit ꝙ Iuuenes minus ledundtur a frigidis: ſimiliter robuſti reſpectu debilium/ non dico ꝙ aliquod cor ſit frigidum niſi reſpectiue ſicut tepidum uocatur frigidum per reſpectum ad calidum.

Cap. vii. an expediat ponere proprietates occultas.

Communiter tenetur ꝙ ſic. Sunt enim multi effectus/qui non poſſunt reduci ad primas qualitates/puta Reubarbarum non educit coleram per aliquam iſtarum. Et Auic. uenenũ inquit eſt medicina que corrumpit complexionem non contrarietate tantum/ſed proprietate que eſt in ipſa. Sed quoniam forme ſubſtantiales rerum naturalium: non operantur ex ſe imediate ſine inſtrumentis/que ſuut qualitates actiue & paſſiue. Ideo ſecundo de anima dicitur quod calor naturalis eſt quo illa agit: aliter generatio non eſſet terminus/alterationis ut omnes fatentur. Et de ſenſu & ſenſato. Quaquidem igitur inquit: ignis & aqua terra nihil natũ eſt facere uel pati: uel aliud quicq̃ ſed qua ſupple parte ineſt contrarietas in eis hec omnia & faciunt & patiunt et problemate quadrageſmo ſecũdo prime particule ingrẽs Cur aliq̃ medicine educũt uomitu alique ſeceſſu Alie utroq; modo inquit ꝙ calida & leuia & lique facientia uomitu/frigida uero ratione ponderis ſeceſſu. Et que ſunt ex utriſq; compoſite utroq;

modo. Non igitur tribuit iſtos effectus proprietatibus/ſed mix-tioni primarum qualitatum. Adhuc ſi proprietas uenenoſa ſu-meretur pro propria paſſione/tunc ſicut uenena poſſunt intendi & remitti pariter forme ſubſtantiales quod eſt abſurdum. Si di cas ꝙ uenenum cedit loco habitus/quia permanet & producit ef fectus conſimiles/ſi iſtud eſſet uerum/tunc ſolum concurreret ut principiū quo. Si dicas ꝙ proprietas precipue aduerſatur tem peramento uite qualitates uero ſolum complexioni non obſtat: quia deſtructa iſta deſtruitur proportio requiſita/quare & opera tio que licet dependeat a forma iſta/tamen non ſe compatitur cum diſtemperie/nec diſproportione. Sequeretur etiam ꝙ no-cumenta, que patiuntur uenenati in calore & frigore/& aliis ac-cidētibus, nō poſſent diſtingui/nec reduci in cauſam: uocantur autem qualitates a pipatheticis differentie corporū pro quāto cū eis completur omnis actio realis. Et q̄uis addant duritiem/mol liciem/aſperitatē/lenitatem &c. Ille tamen quattuor priores ſunt cauſe iſtarum & aliarum. Et cum dicunt ꝙ Smaragdus & la-pis bezoar/& ſimilia operantur miranda/iſtud non ſit ſine illis oculte/tamen quia multum refracte non poſſunt percipi ſenſu. Nam nec tactus percipit/niſi excellentias ſenſibiliū/ſolum enim cognoſcuntur quando a natura reducuntur ad actum mediante naturali calore. Nec Reubarbarum trahit coleram proprietate: ſed ſimilitudine in caliditate & colore. Nec inficere in parua quá titate arguit proprietatem/ſed principaliter acutiem. Et cum di citur ꝙ Portulaca & Sal curant ſtuporē dentium ratio eſt/quia illa ſimilitudine trahit humiditatem infra dentes ad ſe. Sal uero caliditate liquefacit reſoluit & obſtergit. Ordo etiam uniuerſi exi git/ut entia naturalia agant cum illis. Oportet tamen ꝙ ſint de bite ſubordinate agenti. Nam & multa operantur/unum per ſe/& aliud per accidens, frigiditas enim remiſſa per ſe infrigidat. Et intenſa aliquando per accidens calefacit & exiccat recludendo calorem qui tunc magis acuitur/ſimiliter calor intenſus poteſt per accidens infrigidare reſoluendo ſubiectum caloris naturalis, per ſe uero ſolum calefacere/unde ſicut actio uenenoſa eſt termi nati ſuppoſiti pariter & inſtrumenti. Concedentes igitur ꝙ il-

lud uenenum eſt calidum,cuius caliditas adiuuat proprietatem in reſoluendo ſpiritus/& humores:puta caliditatem Napelli/& illud frigidum, cuius frigiditas adiuuat illam in congelando. Iſti inquam non ſolum aſſerunt/que repugnant doctrinis: ſed nec dicunt probabilia,quia non ualet illatio, tale ſuppoſitum producit tale quid,ſeu interficit in parua doſi & non manifeſtatur operatio qualitatum: ergo effectus non producitur cum illis: committunt enim fallaciam conſequentis/& arguunt a ſecundū quid ad ſimpliciter. Nouit enim uir ſapiens ꝙ ortum omnium rerum ſub ſole ſemper precedit aliqua legitima cauſa: excuſatur tamē aliquis recurrendo ad proprietates: quoniam aſſignare rationes omnium que dubitantur eſt multis a natura denegatum. Nec etiam ſapiens tenetut/nec poteſt ſoluere omnia dubitabilia ſed ſolum que habent cauſas cognoſcibiles. Tenētes uero ꝙ uenenoſitas inferatur a quibuſdam aſpectibus ſiderum maliuolis,qui indiſponunt elementa tempore mixtionis, uix poſſunt ſaluare quomō quodlibet indiuiduum eiuſdem ſpeciei ſit uenenoſum,puta uipere niſi dicatur ꝙ illa praua qualitas inducta ab illo aſpectu potuit afficere totam ſpeciem/uel forte cōmunicatur omnibus indiuiduis per ſucceſſiuam generationem.

Cap. viii. an homo poſſit nutriri ueneno.

Quidam tenēt ꝙ non: ſi enim nutrimur ſimilibus, ſequeretur ꝙ nutritus factus uenenoſus reponeretur extra latitudinem complexionis ſpecifice. Alii econtra/ quoniam odientes ſuos principes nutriebant puellas Napello: ut miſcentes ſe illis morirentur. Et Ariſtoteles ſcribit ad Alexandrum de quadam educata ueneno ſerpentum,que urebat quicquid tangebat, In principio enim ſumebat de eo doſim adeo paruam que poterat digeri. Et poſt aliquod tempus augebant illam & ſic ſucceſſiue. Quantitatē inquit Gal. Iuſquiami quam accepit in principio uicit natura & potuit ſuper eam propter pauciratem & in fine aſſuefactum eſt etiam corpus & factus eſt ſicut res naturalis illi Nā & habitus cedit loco reſiſtentie. Et quedā plante trāſlate

ad locũ uenenoſum nutriũtur augẽtur. Peritiores tñ dicunt ꝙ ſi
cut medicine alterant niſi infra punctum ſupremum latitudinis
complexionis humane infra quem ſolum poſſunt eam permuta
re. Similiter nec nutritus ueneno poteſt excedere talem termi-
num. Illi uero reſpondent ꝙ predicta latitudo habet amplũ ſpa-
cium/quare ſi ſumpto ueneno deperditur unus gradus cõplexio
nis naturalis/acquiritur alius uenenoſitatis in eadem latitudine &
ſic ſucceſſiue adeo ꝙ in fine quantum deperditur de gradibus il-
lius tantum acquiritur de uenenoſitate. Sed iſtud non tollit du-
bium / ſed eſt potius figmentũ quia in fine tranſgreditur gradus
complexionis cum quo non poteſt ſaluari uita humana. Simili-
ter puella fuiſſet in extremo talis latitudinis quin potius extra il-
lum. Quare alii putant uenenum adeo tranſmutari in corpore
ſumentis ut perdat formam & uenenoſitatem/ dum tamen per/
manet in ſtomacho anteq̃ digeratur ſuo prauo uapore inficit os
& labia que medio meri continuantur cum eo/quare cum ſaliua
infecta poterat defacili uenenare oſculãtes/habebat igit̃ illa puel-
la ſemper aliqã partẽ Napelli in ſtomacho/& in hunc ſenſum ue
nenum ſpoliatum a ſua malicia potuit uerti in ſubſtantiam nu-
triti/excepta parte que erat in ſtomacho non adhuc digeſta. Sed
quãuis iſta Secunda opinio ſit magis probabilis/oportet tamen
conſiderare ꝙ aliqua ſunt omnino diſpoſita ad nutriendum & ali
qua nunq̃ poſſunt digeri. Et aliqua que nedum permutãtur ſed
potius ipſa permutant corpora nec ceſſant donec uincant. Et de
iſtis non poteſt uerificari prima nec ſecunda opinio/quia ſi ſume-
rentur in quantitate magna mors preueniret nutritionem / & in
parua non ſufficeret. Et propterea Gale. uidetur concedere ſo-
lum de frigidis/quia dedit exemplum de Iuſquiamo Secus de ca
lidis cum non trahant tantam moram in ſtomacho ut poſſint
digeri quia prius interficiunt. Licet igitur poſſibilitates nature
ſint ample & diſpoſitiones indiuiduorum uarie quibus interdũ
inutilia conferunt aſſuetis / concludere tamen Ex iſtis ꝙ uenena
uertantur in nutrimentum uidetur potius Aſertio non cadens
ſub ſcientia que eſt de illis que ſunt ut in pluribus nec ſub arte
quia principia iſtius ſunt experientie comprobate uſu longeuo.

Cum etiam uita hominis exigat organa & ſpiritus ſub certa tē-
perie/hec autem ex ſanguine/aut humore infecto generari / nec
conſeruari poſſunt. Et ꝙ dicitur de parua quantitate/oportet tn̄
ꝙ quelibet talis retineat formam/quia ſecundum iſtam fit nutri
tio:uires etiam naturales non uertunt in ſubſtantiam / niſi illud
ex quo poteſt conſtare animal. Reliquū uero expellunt preſer-
tim puelle que ratione humiditatis habent fortem expulſiuam:
unde ſi uita conſeruatur per alimentum/iſtud debet eſſe ſimile in
fine:uenenoſum uero non poteſt digeri nec aſſimilari/ ſequeretur
etiam ꝙ attractiua in principio traheret & retentiua retineret/& di
geſtiua digereret omnino diſcōueniens / & expulſiua non ſubmi
niſtraret uiribus quibus ſubordinatur.

Tract. ii. de actione vene-norum in genere.

Cap. i. de modo nocendi eorum.

NOn enim omnia habent eundem. Et aliqui putāt ꝙ prius inficiatur/una pars corporis uel membri que primo occur rit ueneno & ex iſta ſequēs ex qua alia donec perueniat ad cor cui precipue aduerſatur uenenū/ nam ſi opponitur cōplexioni & tē-periei / iſta principaliter eſt in corde / in quo etiam accidentia ſeuā magis manifeſtantur. Et dato ꝙ prius tangatur aliquod mem-brum principale ut Cerebrum/Epar/uel ſtomachus. In iſtis ta-men ſecundum eos non terminatur motus ueneni. Sed ſane a berrant /tum quia non conſiderant ꝙ deficiente aliquo iſtorum trium neceſſe eſt ꝙ deficiat animal/tum quia ſi intelligunt ꝙ pars prius tacta fiat adeo uenenoſa / ut poſſit eque inficere ſequentem eſt abſurdum/quia non eſt eadem actiuitas partis tacte ad ſequē tem ſicut ueneni ad primam. Nam ſi ſecunda eſſet facta equali-ter uenenoſa oporteret/ut diſpoſitiōes que erant ſubordinate for-me/ſeu uiribus illius membri eſſent permutate/& alie praue ſup inducte ſubminiſtrarēt illis/& tamen conſtat ꝙ in partibus tactis

remanent diſpoſitiones naturales / puta color ſapor ut apparet in
illa parte in qua animal fuit nulneratum & mortuum cum ſagit
ta uenenoſa. Conceſſo etiam ꝙ quilibet exceſſus ſufficiat ad
mouēdū & ad alterandum / non tamen ad tranſmutandum ſeu
remouendum diſpoſitionem fixam & naturalem: aliter non ui-
deremus multos ſanari. Sed forſan putant ꝙ per illas partes
prius tactas & alteratas uenenum poſſit expeditius tranſire ad
cor / ut dicitur in de ſenſu & ſenſato ꝙ pars alterata adiuuat ad
alterandum ſequentem / & multi tenent ꝙ alteratio fiat per mi
nima in ſenſum ꝙ alterans non poteſt a principio alterare ma
iorem partem: & ſi forte iſtud non ſit ad propoſitum / quia nō
poteſt dari prior pars tacta nam quacunqꝫ ſignata datur alia
prior. Verum ſiue forma naturalis acquiratur per gradus ſiue
non ſolum fiat per minima quantum ad partes ſubiecti / ſed
etiam qualitatum / quia omnium entium naturalium excepta
quantitate datur minimum pro quanto forme uaturales deter-
minant cibi certam magnitudinem quam uocant minimam:
quia nulla ſaluatur ſub minori. Ex acceptis / tamen ab iſtis ſolū
poteſt concedi ꝙ uires membrorum propter illam alterationē
reſiſtunt / tunc minori uigore. Illud enim Ariſtotelis habitū
ab habitu &c. uerificantur in actione mere naturali mixtorum
non ſic in propoſito / quia in membris ſubordinatis anime poſt
alterationem remanent adhuc uires ſubminiſtrantes / puta di-
geſtiua & expulſiua & alie: aliter: illa pars non uiueret / quia eſ-
ſet in totum defecta / nec poſſet redire ad priorem naturam cu-
ius contrarium monſtrat experientia. Videtur igitur ꝙ inter ue
nenum & partes tactas ſit potius ordo effectuum & non cauſa
rum hoc eſt ꝙ omnes alterantur a ueneno: & non una ab alia.
Eſſet etiam ſpecies ignauie aſſerere predicta de omni ueneno
ſumpto / uel de uno quoqꝫ morſu animalis. Eſt bene uerum
ꝙ iſte tranſmutatiōes aliquando complentur tempore breui quā
do uenenum eſt ualde calidum & acutum aliquando lon-
go quando eſt obtuſum & frigidum. Et cum dicunt ꝙ Na
pellus omnem humiditatem corporis uertit ſtatim in uenenum
non eſt uerum / q̄a precedunt motus & alteratio cū enim ſubiectū

ſit diuiſibile non poſſunt omnes eius partes ſimul tranſmutari aliter careret reſiſtentia & reactione. Napellus igitur & ſi cogat aliquando ebullire humores poteſt tamen preueniri expulſione. Nec eſt uerum ꝙ ex partibus infectis inficiatur primo cor & ꝑ iſtud totum animal & ſequatur mors. Iſte ſane circuitus nō eſt neceſſarius/ quoniam mors poſſet ſuccedere ſtatim diſtemperato corde abſq; tactu alterius membri/ poſſet etiam homo prius mori/ uel ſaltem in eius corpore eſſe inducta totalis cauſa mortis anteq̄ cor ſit infectum. Nam anima que eſt cauſa uite non permanet in eo/ ſine certa temperie nō ſolum cordis/ ſed etiam ſpirituum & caloris naturalis & organorum. Quando etiam impeditur nutritio poteſt mori ſine alio nocumento eſſentiali cordis excepto generali per colligantiam cum toto corpore quod regitur ab eo. Poſſet etiam cor preueniri nece quando ſpiritus refugerent in eo repente / quia tunc poſſet ſuffocari. Similiter quando pre nimio gaudio mouerentur ad circunferentiam / & in reditu armarium cordis eſſet clauſum. Alii uero declarantes modum uenenandi dant exemplum de opio quod ſi detur patienti magnum dolorem ſtomachi / tunc & ſi forte refrigeret partem doloroſam euaporando / tamen ſtupefacit totum corpus adeo ꝙ uidentur dormire / quia ſtupefactio eſt diſpoſitio/qua homo non ſentit niſi obtuſe/uel debiliter dormit: igitur ſolum per accidens pro quanto frigiditas opponitur ſenſationi priuatiue & aliquomō poſitiue. Sed quoniam modi inficiendi ſunt longe plures. Nam aliqua inficiunt reſoluendo alia fugando uires anime. Quedam immobilitando iſtas. Quedam ſuffocando. Alia ſerpendo / uel corrodendo. Quedam urendo. Ideo non ſufficit oſtendere unum modum reſpectu omnium ut patebit

Cap. ii. an inficiant ab extrinſeco.

ANIMALIA CVM Suo anhelitu trahunt continue aerem propter refrigerium cordis et arteriarum et

iſte motus ſubordinatur illi Siſtolis & diaſtolis. Et quando contingeret ꝙ cum tali aere eſſet permixtus aliquis uapor uene-noſus/tunc accedens ad cor, ſeu ad precordia ſtatim inficiuntur: & quando infectio eſt multa poſſet animal mori: non ꝙ cor tra hat uenenum per ſe, quia intenderet ſuam corruptionem/ſed ac-cidit aeri quando attrahitur ut uapor noxius ſit cum eo. Idem eueniret ex tactu aque infecte, ut fertur de illo qui mortuus eſt eo ꝙ ſe balneauit in calefacta cum lignis exciſis ex cauernis ſerpē tum. Et quidam flatus/ſeu fumi ſunt letales, & ingrediuntur per poros cutis abſq; eo ꝙ percipiant: unde dicitur ꝙ quedā ue-nena interficiunt ſpiritualiter/quia medicine non trahunt humo res niſi natura tranſmittat ad eos quaſdā qualitates quibus ſunt habiles trahi/non enim accedunt ex ſeipſis cum eorum corpulen tia & multa agentia inducunt interdum in paſſum diſpoſitionē: ſeu formam/que non eſt ei ſimilis in eſſe/ſed eius ſimilitudo im-materialis/ & ſenſus recipit ſpecies rerum ſine materia: & iſta re ceptio poſſet aliquādo inferre dolorem quando percipētur /ut di ſconuenientes. Et talis dolor intentionalis/ſeu ſpiritualis poſſit interdum augeri cum modica actione reali Exemplū datur quā do manus infrigidata ex tactu niuis approximaretur igni/& per iſtum modum aliqui uenenantur & ignoratur cauſa hec referun tur. Sed ſane dato ꝙ permutatio intentionalis poſſit exiccare hu miditates naturales/& reſoluere ſpiritus noſtri corporis/ut aiunt ꝙ ſpecies rerum poſſunt permutare ut res/non tamen uenenare: quia fuerunt per ſe ordinate ad repreſentandum obiecta: quorū ſunt ſimilitudines & in hoc ſunt efficaces/quoniam quelibet par ua ſimilitudo rei oſtendit totam eſſentiam / patet de albedine q̄ uidetur integra per paruum foramen. Eſt bene uerum ꝙ quā do aliqua perciperetur / ut diſconueniens poſſet ponere ſpiritus in motu & quando augeretur triſticia / ſeu dolor forte cogeret ebullire humores. Sed iſto caſu infectio non cauſaretur ab il-la ſpecie immediate. Sed immediatius ab imaginatiua que mo uet calorē & ſpiritus qui aliquando poſſent uertere humores in colerā uiridē/uel praxinā cauſantē ſpaſmū. Si tn̄ iſtud diſcrimen eſſet uenenoſum poſſet dici ꝙ uenenū gn̄atur in corporibus nr̄is

ſicut fertur de illo uocato hippomenes: quod generatur in equã quando agitatur furore amoris/quod diſtilat ab eius inguine.

Cap. iii. quomõ complexio reſiſtit uenenis.

QVãuis iſtud uulgatũ ꝙ homo nutritur ſimilibus & corrũpitur contrariis ſit una ex intentionibus curatiuis/ nõ tamen ſemper contrarietas unius eſt cauſa curãdi/aliud licet enim qualitates nõ ſubordinate: ut exigit natura ſubiecti cum exceſſu: uel defectu poſſent corrumpere temperamentum uite. Quando tamẽ uenenatus ſumeret aliud uenenoſum loco medicine: primũ non curaretur ab iſto/nec aliqua eius qualitate excedente/ quinpotius ſi non fuiſſet actuatum a natura poſſit celerius interficere/niſi forte/tunc uires anime magis irritate quando inſtarẽt due cauſe mortis: fortius inſurgerent ad expellendum utrũq;/aliter oporteret oſtendere a qua cauſa fuit expulſum ſecundũ. Non enim eſt credendum ꝙ remanſerit/quia eſſet aptum inferre mortem. Cum igitur nihil magis aduerſetur & reſiſtat cuiuſuis diſcraſie & malicie ueneni q̃ bona & temperata cõplexio: que ſola reſtituit corpus in ſanitatẽ: ideo eſt potius prebenda fides experientie q̃ perſuaſionibus ſcribentium. Ratio etiam ſuadet ꝙ maior contrarietas ſit inter uenenum & cor/q̃ inter uenenum & uenenũ:non enim eſt dubitandũ ꝙ uirtus & robur cordis una cũ ſpiritibus & naturali calore aduerſantur magis non ſolum ueneno/ſed cuilibet imaginabili diſtemperamento. Si enim Saliua hominis interficit ſerpentes & Scorpiones / quia forte in ea eſt impreſſa uirtus membrorum totius corporis quanto fortius complexio temperata. Dices ꝙ ſicut extremum magis aduerſat̃ extremo q̃ medio puta calidũ frigido q̃ tepido pariter uenenũ ueneno q̃ complexioni non eſt ſic/quoniã tẽperies qualitatũ qñ eſt adunata/ſeu reducta ad tẽperamẽtũ medii & ſubordinata uiribus aĩe opponit̃ magis non ſolum exceſſui frigoris & caloris/ſed cuilibet malicie hũoris peſtiferi & ueneni letalis. Nemo.n. dubitat plr̃es qualitates roboratas nõ eẽ efficatiores paucioribus

non reductis. Eſt bene uerum ꝙ ſicut tẽperies cõplexionis una cum ſpiritibus ĩnatis & influentibus exiſtentibus in eorum robore poſſunt expellere queq; uenena/ & aliquãdo liberare habentes membra cõtracta/pariter quando eſt debilis ſuccũbere. Complexio autẽ primo ſubordinatur forme/& poſtea refertur ad operationem / quia iſta cauſatur ab illa & in eius uirtute operatur cõpoſitum. Et quando una complexio comparatur ad diuerſas ſpecies/ illa eſt melior que locatur ſub perfectiori/quare illa hominis preſtat aliis/quia ſeruantur in ea longe plura & meliora reſpectu aliarum. Nec obſtat de acutie odoratus canis / aut uiſus Aquile/ quia comparatio proprie reperitur in ſpecie ultima / homo etiam nõ odorat:aut uidet deterius illis/ſed melius ratiõe iudicii. Quãdo uero comparatur intra latitudinẽ eiuſdẽ ſpeciei/ quia oĩa indiuidua conueniũt in forma/illa eſt melior in qua qualitates omnes fuerunt cõmenſurate tempore mixtionis / ex qua ipſa reſultat/ & iſta cognoſcuntur operatione.

Cap. iiii. de ulteriori declaratione.

NOn inficior unum uenenum aliquando poſſe curare aliud & liberare qñ ſũmeret ab aliquo infecto hoc inq̃/qa ſi eſſet ſanũ poſſet mori ex illo ꝑmo/quando tñ dicunt ꝙ medicina uenenoſa poteſt occidere ſanũ & liberare uenenatũ intelligitur quando in una & eadem repeririẽtur uirtutes diuerſe: puta uenenoſa/ qua interimit & iuuatiua qua liberat. Nam & interdum una ps cibi nutrit & alia ſoluit. Medicine uero uenenoſe: & ſi reſpectu nature / uel ex diſpoſitione ſumentis / uel loci corporis ipſius in quo recipiuntur: uideantur aliquando conferre/ non tamen ſunt dande niſi quando non ſperatur ꝙ alie non habeãt uim expellendi illud/& tunc debet conſiderari quantitas / quia magna nõ poſſet actuari a calore naturali ſecus/quando eſſet talis ut in ea poſſet induci a natura ſumentis quedam diſpoſitio qua agat & conferat. Nam quando miſceretur cum rebus non uenenoſis cõplexio cordis & calor naturalis qui ſemper tendũt in melius ſi eſſẽt inuicẽ uniti cũ illis ſic actuatis ueluti cũ re aqua eſt liberanda inimicãtur & cõtrariantur priori ueneno. Et ꝓpterea nõ quelibet

auctoritas de exibendis medicinis uenenoſis eſt extendenda niſi fuerit comprobata experientia uel alia ratione manifeſta. Nam cum dicunt ꝙ radix Mandragore emplaſtrata ſuper ulcus uene-noſum curat: non eſt ſecurum/nec credendum:quia poſſet ſua intenſa frigiditate repellere uirus peſtiferum interius. Si etiam ut fertur attractio/fit a calido/a uacuo/ aut a forma ſpecifica non eſt uериſimile ꝙ frigidum trahat uel educat: quia iſtud eſt de ratione calidi/patet quoniā ueteres ſuper morſum Canis rabidi ponebant emplaſtrum/ex praſſo ſeu marubio calido & ſicco & ſale/uel ex ſulfure trito: quia educit ex ulcere humorem in quo eſt uenenū ac etiam ſaniem ex pectore trahit enim calida: quadam ſimilitu-dine & diſſoluit frigida ut contraria. Quando etiam dubitatur an ſecundum uenenoſum ſumptum pro medicina eſſet eiuſdem ſpeciei cum primo uidetur ratione ſimilitudinis/primū potius ro-borari: quia ut aiunt ſimile facit furere. Sed non eſt uerum quia in exhibito poſſet ſuperinduci a natura: aliqua diſpoſitio qua fa-ctus diſſimilis eſſet potens expellere primum & iſta diſſimilitudo inducit in eo quandam indiuidualē contrarietatē qua unū poteſt agere in aliud/& quando ſecundum & primum manerent tam-diu in corpore ꝙ acquirent ſimilem diſpoſitionē: oporteret ꝙ tūc utrūqꝫ expellatur a uiribus anime & eius naturali calore unito cū temperie complexionis in quibus eſt habenda ſpes/quia idem accidit de medicinis: que non educunt humores facientes egritu-dinem niſi actuate modo predicto. Et cum dicunt ꝙ quedā medicine ſunt medie inter naturam corporis & uenenum: licet ſit dubium. Poſſet forte uerificari proquanto contineant aliquid ueneni & aliquid quod aduerſetur iſti ut fertur de Triaca continē te carnem thiri uenēoſam cuius ſimilitudine trahit uenenum: & ꝑ alia cōponētia quibus conuenit cum complexione humana reſol uit deſtruit & expellit illud.

Cap. v. an uenenoſa habeant tempus terminatum.

Quāuis quedam operentur citius quedam tardius: non tamen poteſt ſciri tempus preciſum/ſeu punctuale pate

quoniam frigida nõ agũt ut calida/nec mollia ut dura/nec rara re ſiſtunt ut denſa. Sumpta etiam poſſunt effectus eorum multis ex cauſis retardare: & interdum accelerari. Nam retenta in fo raminibus occultis differũtur in loco uero propinquo cordi acce lerantur ſimiliter ſumpta cũ pauco uino qa iſtud dirigit ad cor ſo lum: igitur poteſt ſciri ꝙ aliqua occidũt cito uel tarde et forte po teſt cõiecturari ꝙ non pertranſibit talem diem. Et cum dicunt ꝙ ſicciora ut Faſianus uocatus Gallus ſilueſtris/ ſumens uenenũ ci tius moriatur ꝗ domeſticus: quia cũ iſte ſit humidior/ideo in eo inuiſcatur uenenum & obtunditur. Sed ſiue ſit humidior ſiue nõ: uenena / tamẽ facilius poſſunt penetrare mollia ꝗ dura & ratiõe minoris reſiſtentie citius ledere & de uenenis calidis non eſt du biũ. Et cum aiunt ꝙ tardius ledunt mulieres ꝗ uiros. Si iſtud eſſet uerum poſſet accidere quando natura earum frigida retar daret tranſitum ueneni ad cor/ uel quando expelleretur cum ſan guine menſtrui qui interdum eſt uenenum multis: ſed non infi cit corpora ipſarum/quia aſſueta ipſe etiã minus cõſiderant peri cula. Et alique ſunt tollerantiores malorum multis maſculis.

Cap. vi. an reducta ad minima inficiant.

CErtum eſt ꝙ non/quando ſunt adeo parua ut in nulla illa rum reſeruetur forma ſue ſpeciei ſicut tunc non poſſunt per ſe exiſtere: pariter nec operari nec in eis remanẽt qualitates quia preſuponunt ſubiectum. Vnde dubitatur de medicinis reductis in puluerem/quarum particule ſicut non poſſunt ſeorſum ſecer ni ita nec agere. Nam ſi uiſibile inquantum tale poſſet diuidi in infinitum/tunc etiam uiſio poſſet creſcere proportionabiliter. Sed ſane licet predicta poſſint cõcedi de ꝑtibus minimis diuiſim ſum ꝑtis accipiendo tamen illas ſimul tenendũ eſt ꝙ non ſolum agãt ſed ꝙ facilius deferantur ad loca anguſta & commodius here ant. Nec eſt uerum quod tunc non ſaluentur in ſpecie / quoniã unite retinent ſimul colorem odorem & ſimilia accidentia que ni ſi in ſubiecto quãto ſub propria forma reperiri non poſſunt. Idẽ cõſtat de fumo & quauis ſubtili exalatione que ledit & ſepe infi

cit: ut accidit tēpore peſtifero: & tamen uterq; iſtorum eſt ſubtilior puluere. Non igitur ualet illatio, non agūt in minima quātitate: ergo non ſunt talia: quia ſimiliter poſſet inferri ꝙ parua quātitas ignis non eſſet calida, nec aquæ frigida: ſub quāta tñ portione/ſeu quantitate ſolitariæ ſumptæ poſſunt tranſmutare corpus: licet credat̃ ꝙ ſub illa qua ſaluant formam: in hoc tñ ſicut in multis eſt præſtanda fides experientiæ.

Tract. iii. de diſtinctione venenoſorum.

Cap. i. de illis quæ reputantur talia & non ſunt.

MVlta non uenenoſa lædunt ſolum ſuis qualitatibus: & in cura iſtorum ſufficit ut exceſſus reducatur ad tēperiem cōnaturalem, quod non ſufficeret in uenenoſis. Licet enim in iſtis oporteat interdum ab initio remittere eorum audaciā: nō tñ proprie curantur: niſi cum fuerit reſoluta uel expulſa a corpore. Intenſio etiam qualitatis poteſt ſaluari in quolibet ſubiecto nō uenenoſo: patet de cicuta frigida in quarto: in cuius cura ſufficit ſola reductio. Viperæ enim calidiſſimæ non fugiūt illā ratione ueneni, ſed frigiditatis. Et eius ſemen emplaſtratū ſuper teſtículos prohibet pollutionē/& gomoream, & in pueris augmentum herniæ, & ſuper uirgam erectionē: pſertim illa, quæ naſcit̃ in inſula Cretæ/ſeu Chios: & omne diſcrimen ſequens ad comedentem illam, curatur ſolo uino calido, quod ſolū alterat, & non educit. Si dicas iſtud accidit, quia habet ſubſtantiā rarā/& reſolubilem: non obſtat qm̄ ſunt alia in quarto gradu caliditatis, quæ habent illā denſam, & curantur faciliter, puta Titimallus, qui poſſet forſan reputari uenenoſus: quia dicit̃ ꝙ una ex ſpeciebus eius uocata a Græcis Carities īterficit piſces qeſcētes in lacunis: quod ſi eſſet uerum, accideret potius propter caliditatem quarti gradus aduerſam naturis piſcium frigidis. Ipſa etiā permixta cum aceto qui lauat os ſuum, tollit defectus dentiū. Cocognidium ē͂t quod eſt idem ꝙ mezereon reputatū calidū & ſiccum in fine tertii gradus & ſi inducat accidentia ſimilia ue-

nenoſis non tamen eſt/quia in diuerſis egritudinibus humorali bus dantur de eo abſolute: grana decem cum uino & permix‑ tum rebus educentibus melancoliã expellit ipſam/& curat quar tanam: & tamen non eſt neceſſe/nec debẽt egritudines non ue nenoſe curari uenenis. Coloquintida etiam quam uocant Cu‑ curbitam deſerti/fel terre/& necẽ plantarum:iſtud eſt quia con‑ tinet partes igneas & terreas ualde aduſtas/ patet quia eſt nigra & aſpera/& ſi ſoleat ſuſpicari uenenoſa: quando tamen eius acu ties remittitur artificio educit humores/ex profunditate mẽbro rum/& curat antiquum capitis dolorem que fieri non poſſent, ſine intenſo calore a quo fit attractio. Et q̃uis non credatur ex cedere: tertium puto tamen ꝙ non poſſit reponi in certo gradu: cuius ratione: quando ſumeretur abſolute ſubuerteret & ulcera‑ ret uiſcera & aperiret meatus & uenas preſertim que naſcitur in arbore/uel reperitur ſolitaria ſecus forſan de illa in locis arenoſis & apertis. Succurritur tamen iſtis nocumentis aqua paſſularũ: uel mellis mixta oleo Amigdalarum: que nullo modo ſufficerẽt uenenoſis. Dices ꝙ aliqua intenſiora in gradu caloris/non infe runt iſta nocumenta: puta piper & piretrum non eſt mirum: quia natura loci & eius cultus & aſpectus ſiderum prebent quã dam ſilueſtreitatem/ſeu aſperitatem quibus qualitates prime ac‑ celerantur/uel retardantur/ſeu intendũtur/uel remittuntur/uel indiſponunt ad peius/uel ad melius operandum. Sepe etiam ſa lubria & nutrientia cum non digerantur creduntur fieri ueneno ſa: ut aiunt qđ Citrullus trahẽs morã in ſtomacho: generat hu mores ſimiles uenenoſis. Excedentia igitur in gradu caloris/uel frigoris poſſunt ſolo nomine uocari uenenoſa & non proprie: & forſan minus q̃ putrefacta: puta ſemina lauri facta acida/uel nu ces corrupte.

Cap. ii. an nature ſpecifice illorum cognoſcantur per effectus.

QValitates non percipiuntur a nobis terminari ad certum gradum preciſum unde calida & frigida: dicunť cognoſci

ſolum in ſpecie ſubalterna : ſimiliter nec proportiones mixtorũ niſi ex accidentibus . Et dato ꝙ uires naturales ſint continue in actu: ſecundo qui ſi interciperetur periret animal : Indiſpoſitio tamen agentis/uel paſſi intendit & remittit actus illarum iſta retulimus/quia interdum quod procedit ab una cauſa creditur procedere ab alia & uenenũ qđ eſt unius ſpeciei ſit alterius/uel nõ tale.Et propterea quando dicitur ꝙ aliquod eſt calidũ/ uel frigidũ in tanto/uel tanto gradu intelligunt ꝙ poteſt calefacere/uel infrigidare corpus temperatum in uno/uel in alio : & ſic uidentur ſaluare : quare ex indiſpoſitione aliquod minus intenſum magis calefaciat/uel infrigidet . Sed quia nec iſte modus ducit ad noticiam preciſum : ideo ueteres obſeruabant experimenta comprobata in pluribus indiuiduis . Oportet tamen nõ ignorare ꝙ res naturales non ſolum cognoſcũtur per effectus qualitatum primarum : ſed etiam ſecũdarum qui aliquando preueniunt illas in operando : puta leuitas ignis : conceſſo etiam ꝙ nec iſta/ nec grauitas ſint formę : ſed accidentia circũſcribentia iſtas. Cõſtat tamẽ ꝙ ignis prius mouetur ſurſum q̃ calefaciat : ſimiliter terra reſpectu grauitatis.

Cap . iii . quomodo mixta diuerſimode exeant in actum.

DVbitatur quomodo ignis urat cõbuſtibile proximum ꝙ non faciunt alia calida in eodem gradu puta Napellus Pro noticia conſiderandum cum quanta diuerſitate qualitates prime ſunt & operant᷑ in mixtis cũ quãta ue dificultate/uel facilitate exeant in actũ. Sunt enim in eis impotentia aliqñ propinqua : aliquando remota ad agẽndum intenſe/uel remiſſe . Et de igne patet / quia non excutitur a lapidibus niſi cũ ferro non ſic ſtupaꝰ/ qa eſt apta cito uri : ſimiliter fumus ſtatim accenditur a parua ſcintilla flamme : idem quando excuſſa a lapide recipitur in ſulfure : uel in eſcam ſiccam. Poſito igitur ꝙ Napellus haberet caliditatem in eodem uel parum infra gradum/non tamẽ habet illam in ſubiecto eodem modo diſpoſito/ut ignis reſpectu illorum duorũ licet

in una ſit in ꝓpinqua diſpoſitiõe ad urendũ & in alia remota. Eſto etiã ꝙ in ceteris ſubiectũ aptũ pati debeat eſſe approximatũ/nõ tñ omnis approximatio eſt equalis ſicut nec quodlibet eſt aptũ pati a quolibet. Cõceſſo igitur ꝙ actio Napelli ſit ad finem aſſimilandi. Et quando preualet & incipit agere durat donec deſtruat complexionem ſumentis/ſiue fuerit calide nature/ut maior ignis reſoluit materiã minoris ſiue/frigide ratiõe cõtrarietatis non tamen eius actio eſt ſimilis cum illa ignis/quia non habet caliditatẽ ita manifeſte in prõptu/ſed cõcluſã intra ſubiectũ Ideo differũt in agendo: idẽ ſuadetur ex nã cõtrarioꝝ de ſalamãdra ſi reperiretur qđ non uritur in igne propter maiorem reſiſtentiam: uel clauſuram pororum/uel intenſiſſimã frigiditatem ſue nature. Quod uero Napellus nõ interficiat Coturnices accidit/quia expellitur ſeceſſu/uel uomitu & forte cedit eis loco medicine.

Cap. iiii. ꝙ uenenoſitas non ſit ſubſtantia.

ILlud uocatur albius in quo reperitur purior albedo ſeu qđ magis participat de perfectione proprie forme/uel eſt propinquius termino/a quo ipſa denominatur/& ecõuerſo minus. Et de ſubſtantia dicitur ꝙ non intenditur/nec remittitur: aliter euariaretur eius forma ſpecifica/que tamen reputatur conſiſtere in eſſe indiuiſibili. Contrarietas enim proprie ſumpta que eſt fundamentum mutationum reperitur ſolum in formis accidentalibus & in elementis/quia tenent locum medium inter iſtas & ſubſtantiales quare nec intenſio & remiſſio ſumuntur penes quantitatem molis/quia ſi ſic nulla res parua poſſet eſſe albior magna/nec ratione ſubiectorum/que licet poſſint fieri maiora/uel minora/non tamẽ intendi/aut remitti. Nec qualitates indiuiduales ſuſcipiunt has paſſiones in abſtracto/nec ĩ ultima intenſione gradus. Nam quando remittuntur in iſto perdunt nomen & diffinitionem. Ad propoſitum igitur uenenoſum in concreto non ſolum poteſt intendi & remitti in uno indiuiduo/ſed in oĩbus eiuſdem ſpeciei. Et interdum plus in uno climate reſpectu

alterius puta Scorpiones qui in Italia non ledunt ut in multis aliis locis ſicut nec domeſtici ut ſilueſtres. Sed ſatis digreſſum eſt.

Liber Secundus.

Tract. i. de preſeruatione.

Cap. i. de ſupponendis in ea.

HActenus de illis que conferunt ad precognitionem nunc de remediis: & primo preſeruatiuis. Et ne faſtidientur legentes maluimus referre ſolum approbata auctoritatibus ſapientum / uel experientia que eſt principium: & menſura artis. Aduertant tamen qui non preſtant fidem niſi ſenſatis: quia & ſi illi non aſſignarunt continue rationes manifeſtas non propterea eſt putandũ eos aberraſſe / aut ꝙ temere temptauerint edere q̃ poſſent decipere poſteritatem. Non igitur in dubiis eſt ſuſpicandum de remediis ab eis ſancitis & lõgo tempore receptis pro ueris unde nec cupiẽtes occurrere periculis uenenorũ debent ſpernere remedia leuia / nec euitare incognita / nec a difficilibus preterri

Cap. ii. de preſeruatione per cibum & potum.

TImens uenenari ante alia curet habere ſeruitores / aut ſocios fideles / & circũſpectos qui cogitent quomodo uita patroni / uel amici eſt cõmiſſa fidei ipſorum quod ſepe faciunt / qui ſperant remunerari / facta igitur ſufficienti deguſtatione timens debet lauare os ſuum aqua ut ſciat melius diſtinguere cibos uenenatos a conſuetis. Illa enim ſimplex cum nullum fere habeat ſaporem loto ore diſponit linguam / ut poſſit diiudicare multos: unde non comedat famelicus / & teneat cibum aliquantulum in ore conſiderãdo ſapores extraneos / puta ualde acutos / acetoſos: & ſalſos / aſperos / uel horribiles: quoniam omnes ſunt ſuſpecti

Et amaritudo quæ cauſat̃ interdũ ex putrefactione : & dulcedo eſt magis conſiderãda, uƷ an ſit abſoluta uel permixta. Similr̃ de odore, an ſit inſuetus : Et multo magis colores: qm̃ ſub albo poteſt occultari Arſenicum : & ſub uiridibus herbis Oleander & Napellus : & ſub rubeis cynabriũ/aut uenenũ ſanguinis alicuius animalis : & ſub Citrino fel Leopardi &c. Adhuc caueãt ne cibi coquantur cũ lignis, quibus ſunt cõmixta folia p̃dictoꝝ p̃ſertim aſſata. nam & carbones plantaꝝ uenenoſarũ poſſunt inficere. & fumus Cerri accenſi in locis clauſis facit epilentiã, & ſubet ueſtes. etiam ſunt cuſtodiendæ, ne inficiantur aliquo uapore uenenoſo facto ſm artem, qui interdũ eſt adeo acutus, ut ſolo tactu interimat. Simlr̃ uaſa in qbus coquunt̃ comeſtibilia. & alia uſualia : quia poſſet in eis aliqd occulte reponi/uel cadere qñ eſſent ſub tectis antiquis/uel arboribus uetuſtis, maxime in quibus uerſant̃ ſerpẽtes. Nam & aliqua animalia parua in aliquo tẽpore anni ſunt deteriora : & qñ mus moritur recluſus in uaſe, in quo ſeruantur comeſtibilia, trahens illic morã corrũpit̃ : & inficit comedentẽ de illis. Sunt etiã cuſtodiẽda illa in quibus ſeruatur uinũ, qđ ualde diligunt ſerpentes, & interdũ relinquũt in eo ſaliuã peſtiferã. Nec cibi debent miſceri cũ illis, quæ facile putreſcunt, puta lac cũ Raſano/ſeu radicibus : quia fit acetoſum & corrũpitur/uel coagulatur in ſtomacho. Debent etiã abſtinere ab ĩmoderato exercitio, quia aperit meatus/& uenas, & ab omnibus reſoluẽtibus uires corporis regitiuas : & forte a balneo quia aliqui fuerunt uenenati in eo. Et quia natura ciborum debet aduerſari uenenis : quidã dabant ficus/& nuces : & aliqui caſtaneas : aſſerẽtes ꝙ decoctio medii corticis ipſaꝝ bibita tuetur. Et alii lupinos cedruceos/appiũ/& radices Raſani ſilueſtris uocati Rapeſta. Securius tamen eſt ſumere medium ſcrupulum uſqƷ ad unum foliorum Rutæ cum uino ſaltem ante cibum per duas horas, ut ſtomachus interea acquirat ab ea robur ad reſiſtendum uenenis : & lingua non impediatur diſcernere ſapores : & intelligitur de domeſtica : quia ſilueſtris eſt calida/& ſicca in quarto : illa uero in ſecũdo/& ſicca in tertio : quem etiam incidit : reſoluit/et medetur contorſionibus, et acuit uiſum : præſertim

ſuccus eius cum illo fœniculi/& melle Sed eſt uitandũ ſemen etiã domeſticæ: quia ſalſum/& acutum: & ob id medici componunt ex eo coliria. Et ueteres dicunt ꝙ muſtella dimicatura cum bufone comedebat ſolũ folia. Et ꝙ caro ipſius ꝓſertim ſilueſtris comeſta ſit de fortioribus medicinis contra uenena: qđ forſan accidit, quia nutritur ex illa. Et quidã dicunt eſſe expertos ꝙ quando ipſa ponitur in loco in quo ſolet capere colũbos uel aues, non accedit: quia forſan imaginatur illos eſſe cum ea ſecuros. utrunq; tñ expertũ eſt bibere ante cibũ mediũ ciatum uini, in quo ſit decocta radix diptami, ꝓſertim cum baccis lauri: quia dirigunt ad cor, & ualde roborant. Et q̃uis dicant eandẽ uirtutem, quæ eſt in iſto eſſe in unicetoxico ipericone, ſeu perforata in Ariſtologia rotũda/Enula/Rafano/& Lactucella. Illius tñ eſt magis experta ꝓſertim primæ ſpeciei. habet enim mirabilem uim calefaciendi/exiccandi/& incidendi. Secundæ etiam ſpeciei inſunt uirtutes ſanandi morſos/& ydropicos, & expellẽdi fœtum mortuum, &c. Eſt etiam expertum ſumere ante cibuȝ per duas horas modicũ galbani cum mirrha/& uino: quia tuetur/& liberat.

Cap. iii. de præſeruantibus relatis ab aliis.

QVamuis dicant ꝙ portare anulum in, quo ſit ſculpta imago ſerpentarii/cuius dextra teneat caput, & ſiniſtra caudam, fugantur quæq; uenena. quia tñ addunt ꝙ debeant obſeruari anguli cauſati ab eleuatione equinoctialis: ideo referemus quæ ſunt approbata a fidedignis. Et primo ꝙ frequenter odorare ſpicam celticam montanam ꝓſeruat ꝓſertim ſumpta cũ uino. ſimiliter odor modici caſtorei diſſoluti in oleo nardino: & odor ſerpilli uſualis. Et q bibit qualibet die duos digitos mulſæ Betonicæ, uel .3. unã Nigellæ tritæ ſeu reductæ in puluerẽ permixtam medio cyato aquæ, non læditur uenenis. Galbanũ ẽt mũdatũ aqua calida, ſi de parte, q̃ reſidet in fundo det .3. una cũ aqua ordei, ꝓſeruat/& expellit uenenũ, & fœtũ mortuũ ex utero. Sed debet eligi magis graue. quia eſt ꝓprie antidotum uenenis.

impoſitis ſagittis. Et alii laudant radices Afrodillorum cum aqua tepida/& eandem uim dicunt ineſſe ſeminibus Cimini ſum ptis cum aqua & aceto. Quedam autem auferunt triſtitiam: & confortant cor: puta Olibanum lignũ Aloes poſitum in aqua qua temperatur uinum. Similiter Aniſum Carui & ſuccus her be uocate purpurea/ſeu lampago. Zedoaria uero nedum con fortat cor: ſed ẽt occidit uermes uenenoſos: & maſticata remouet odorem Allei. Cepe & uini: non tamen debet deglutiri/ niſi in neceſſitate: quia calida in tertio. Agrimonia trita & bibita cum uino tuetur: & omnia que conferunt in preſeruatione peſtis de fendunt ab eis & reſtaurant ſpiritus.

Cap. iiii. de degentibus preſentiam ueneni.

MVlta referuntur de lapide in quo eſt affixus Smaragdus: & intelligitur de illo in quo ſunt multe macule rubee/& al be. Exiſtente enim iſto in menſa: ſi ibidem oculte defereretur ue nenum dicunt ꝙ ſtatim macule occultantur/nec redeunt/niſi il lo remoto: quod tamen negat experientia. Nec ut aiunt Carbũ culus detegit & ſi forte fugat uenena. Et que dicuntur de cor nu animalis uocati unicorni quod ſudat accidente ueneno: non eſt uerũ, quia ſm peritiores & expertiores eſt proprie quoddam os extractum ex capite ſerpentis qui uocatur Cornuta de gene re ſurdorum longitudinis unius cubiti cum dimidio & ad plus duorum/habet enim in capite duas eminẽtias ueluti duo cornua dura. Et uẽtrem ex tranſuerſo plenũ ſquamis: & ſolum caput eſt uenenoſum quod dicunt patere/quia illo abſciſo reliquũ corpus non inficit. Iſtud igitur os accedente Napello Thiro uel felle Leo pardi/qa in iſtis ſolũ dicit̃ expertũ ſtatim ſudat. Nã quãdo ab ali quo illorũ eleuant̃ uapores uadũt ad illud os tanq̃ ad aliqd̃ ſil̃e: & qa eſt terſum: ideo talis uapor inſupficie illius a frigiditate aeris uel ab illa oſſis/uel amboꝝ uertitur in humiditatẽ ſimilẽ ſudo ri. Sed eſt potius quedam madefactio derelicta in eo ſicut ac cidit in multis lapidibus parum ante pluuiam: quando frigidi tas illorum & temporis uertit aerẽ humefactum/ſeu uaporẽ in

aquã. Si enim procederet ab illo oſſe cum multum ſudaret rẽ ſolueretur humidũ eius & cito areſceret. Interdum tamen non ſudat quando uapor illorum impeditur a uento: uel alio obſtaculo / uel quando uenenum preſentatũ non euaporat. Non.n. omnia ſemper proferunt fumum ſaltem aptum denſari. Et quidam dicunt ꝙ illud cornu debeat poni ſuper ſal / quod licet ſit exiccatum a ſole / quia tamen habet ſubſtantiam aquoſam ſicut conficitur ex aqua & humore aduſto: conſtat etiam ꝙ tempore pluuie de facili uertitur in illam. Iſtud tamen eſt difficile credere: quia ab omnibus reputatur calidum & ſiccum. Et q̄uis illud poſſet forte ſudare accedente quouis uapore: non tamen alii tendunt ad ipſum per naturam. Fertur etiam ꝙ Electrum minerale ſudet. Et alii ꝙ Ciphus factus ex Auricalco permutatur in uarios colores quando accedit uenenum. Et alii ꝙ ſi ponat᷑ cum cibo ueneno ſo lapis Aquile / q uocatur Ethices, non poteſt deglutiri.hec referuntur.

Cap. v. de remediis illorum de domo. S. pauli.

ISti fuerũt diu ante tpa pauli / & in partibus Egipti & Cipri exercuerunt artem ſub alio noie. Nã quidam tunc uocabant᷑ pſilii & alii marſi qui tangendo & ſugendo credebantur liberare morſos a ſerpentibus. Et de quodam uocato hexegon dicunt ꝙ poſitus in dolio ſerpentum circũmulcebatur ab eis qui ſi fuiſſent uenenoſi non euaſiſſet ꝑſertim / quia hodie quando uolũt capere illos faciũt prius macerari ſemen rafani ſilueſtris & ex eo ungũt ſibi manus / uel ex ſucco dragontee. Et ego uidi quẽdam ungentem illas ex elixatura Cardonis ſilueſtris que eſt una ex ſpeciebus Cameleontis alba enim ſanat & tolit dolorẽ dentiũ & cum pipere firmat cõmotos / & cum aceto reſtringit gingiuas & eſt ſicca in tertio & calefacit in ſecundo. Dicunt etiam ꝙ ſunt ſecuri quando ungunt totum corpus ex cerebro leporis permixto oleo & aceto. Idẽ tamẽ operant᷑ folia Cupreſſi cocta in oleo: & certius grana Iuniperi & afrodilli: quia nullus mordet unctos ex illis. Portant etiam

in manibus Ipericonem/& coralla, quæ excludunt umbras me lancolicas, & pbent fiduciam uictoriæ. Et ſerpillum ſilueſtre bibitũ cum uino, defendit a quolibet uenenoſo. Quando tñ uadunt ad capiendũ uenenoſiores, retinent illos per extremitatem caudarum, & interea expuunt ſuper capita illorum. ſaliua enim hominis pſertim ieiuni deterret eos, quos tñ ſtatim recludunt in ſcatula ſemiplena furfuris farinæ frumenti: quia cũ comedũt de eo remittitur acuties/ & malitia: & ſæpe cum panno poſito in ore illorum euellunt eis dentes. Quando uero inuicem concertant de peritia artis dũmodo non colludant occulte ſuſceptu rus uenenum, qđ ſibi debet offerri ab emulo, paulo ante comedit tunicas uentrium uitulorum/uel alterius ſimilis uſq; ad ſaturitatem. tunc enim qñ uenenũ recipitur in ſtomacho hæret potius uillis illarum tunicarum ſaltem per tempus. Et quidã ex eis bibunt tantam quantitatem aquæ calidæ/olei/& butiri, ut aſtantes credant ꝙ uenter ſit inflatus: paulopoſt tñ ſimulant dolores, & ſecedunt, donec faciant uomitum, quo eiiciunt uenenum ſimul cum tunicis/uel cum aqua prædicta. Non ſolum enim confert cibus oppoſitus ueneno, ſed etiam uſualis: quia poccupat/& replet uacuitates ſtomachi prohibens ne uenenum hæreat ſuis rugoroſitatibus. Sumunt etiã aliquid de lepnia, quæ ratione ſiccitatis prohibet uenenum deferri per corpus. non tamen debet adhiberi fides uerbis ipſorum: quia ſunt iactatores. Dicunt enim ꝙ quando uolunt experiri partus, ponunt unum aſpidẽ in manibus pueri, quem ſi non momorderit, credũt eſſe natum ex ſe: alſ arguunt uxorem de adulterio. Dicunt etiam ꝙ omnes de iſta domo tempore ueris bene olent. ego tamen inueni ꝙ olent ſicut prius. Lapiduſculi uero qui uenduntur ab eis, quibus pollicentur tot miracula, conſtant ex illa lepnia, quã Diaſcor. uocat terrã fragilem, quæ colligitur ex clauicis ſordidis, in quibus ei miſcet̃ ſanguis caprinus: quos dicũt fugare oĩa uenenoſa, pſertim qñ ſumunt̃ cũ uino: & ꝙ portat faciũt ſecuros: & ſup ulcera ſanãt. Et licet credat̃ ꝙ ſit terra ſigillata: iſta tñ habet ꝓpriam mineram: & colligitur ex terra, in qua non reperitur alia mixtura. Vnus tamen ex eis interpellatus a me quibus in

ueritate ſe tuentur/reſpondit tãdem ꝙ cum medicamine facto ex terra ſigillata & granis iuniperi addito modico luti armeni/ qui & ſi forſan mentiretur. Iſtud tamen remedium defendit efficaciter ſiue ſumatur prius ſiue poſt cibum. Et unus alius iurauit mihi ꝙ quando aliquis denunciat ſibi quempiam fuiſſe morſum dicit ei non moueas te & ſignat eum in nomine patris filii & ſpiritusſancti & accipit de terra ſub pollice dextri pedis illius & diſtemperat eam cum aqua & iſtam dat ei bibere & dicit hec uerba Caro cazuzet reparat ſanum & manuel paraclitum: & ſtatim ille uomit & morſus ꝗuis abſens remanet curatus. Sed licet meminerim legiſſe iſtamet uerba in quodam libro medicine/inueſtigando tamen an fuiſſet uerum dixit mihi unus alius ꝙ ille mentiebatur.

Tract. ii. de Cauſis.

Cap. i. de difficultate cognoſcendi eas.

ISte non poſſunt plene proſpici ſicut in ceteris egritudinibus: patet tum de primitiuis. Nam ſiue uenena ſumantur per inaduertentiã ſiue ſubdole miniſtrentur/ignoratur tamen quid ſit nam ſepe emũtur in uno loco & traduntur in alio. Et interdum facilius pronoſticatur peſtilentia tum ex aere nebuloſo & pulue rulento tum ex natura egritudinum currentiũ/ſepe etiam ex urina ſubiugali/apoſtemate/& aliis non ſic uenena/niſi forte que generarentur in nobis ex tempore/puta quando humores ex labore/uel dolore uruntur/uenena uero non uruntur: ſed aliquando urunt illos.

Cap. ii. de ſignis illorum in genere.

ISta ſunt omni diligentia proſpicienda / quia etiam per effectus cognoſcuntur cauſe. Primũ ſignum cõmune unicuiꝙ fere ueneno eſt in principio facere anguſtiam & dolorem ſtomachi & interdum nauſeam quando ſubleuantur humores & uo-

mitum propter expulſiuã fortẽ in eo/frequenter etiam ſaliua fluit
ab ore/lab'a tremunt/lingua aliquando ſent'it ardorem / dentes
ſtupent ad que ſepe ſequũtur tremor cordis Sincopis/lectigatio:
tumor uenarum/calor & frigus/& ſudor aliquando frigidus/te-
nebroſitas oculorum/inquietudo & ſtupi'ditas/ut enim totum fe
re corpus diſtẽperatur ab eo pariter totum cõpatitur. Signa ue
ro ſpecierum/& primo calidorũ ſunt punctiones/arſure ſtoma/
chi & uentris/ac etiam febris / quando humores perturbati pu-
treſcunt/uel caliditas cogit illos ebullire quorũ corruptio cogno-
ſcitur fetore oris & ut plurimum calida inflammant & aliquan-
do mouent ſudorem qui iſto caſu cauſatur potius ex labore/uel
pugna nature. Et quando uapores uertuntur in uentum ſucce
dunt contorſiones & rugitus. Cum uero ſanguis ebullit/rubẽt
facies & oculi/uel apparent citrini & ſentitur feruor ſitis/frequẽ-
tia pulſus & aliquando tumor & ſa'tus. Frigidorum autẽ ſunt
congelatio ſubet/pigritia/liuiditas coloris/frigiditas ſenſibilis/ &
quod exit per uomitum/uel per ſputum eſt uiſcoſum & fere con
gelatum/& aliqua faciunt ſtuporem ut opium & aliquando ſpi-
ritus & ſanguis prohibentur moueri: quia frigiditas ĩmobilitat &
coartat poros / & quedam inſtrumenta anhelitus ut plumbum
uſtum. Siccorum uero ſunt ſitis/uigilie reſtrictio uentris / cor-
pus & cutis fiunt arida ſicut facit Calx non extincta & Colca/
tar quod eſt ſpecies uitrioli incruſtans carnem. Sed Realgar ſe
parat partes de qbus dicemus imparticulari. Humida non reputã
tur letalia / quia paſſiua ſunt tñ aliqualiter actiua preſertim quan
do habent ſubſtantiam groſſam / uel multum ſuperant corpus
temperatum/quia cogunt putreſcere humores quod cognoſcitur
ex fetore exeũtium. Et a'iqua ex odore ut fungi mal /ex ſe tamẽ
eſſent cognoſcibiles ex ſapore/quia iſte fundatur in humido. Et
Galie. retulit de quodam morſo a ſerpente qui excitatus a ſomno
tractus per manum oſſa eius apparebãt ſeparata a carne & ex hac
feſtina putrefactione credidit ꝙ uenenum illius fuerit humidum
puto tñ qđ iſtud diſcrimen proceſſerit ex alia cauſa/quoniã humi
ditas non eſt apta adeo ſcito eparare compagines corporis. Ha-
bet tamen ultra predicta alia accidentia propria/quia ad eam ſequi

tur ſomnus: grauitas & leuitas corporis priuatio ſitis & mollifi catio in membris &c.

Cap. iii. de ſignis euaſionis & mortis.

QVando malicia ueneni/uel qualitatum ſunt intenſa cito faciunt accidentia ſeua & quando remiſſa diffe ūtur & ſepe minuūtur. Et quando eger quietatur & calor redit ad mē bra eſt habenda ſpes. Caſus uero pulſus & ſudor frigidus ſunt ſigna ualde perhorreſcenda. Et Sincopis cum occultatiōe nigre dinis pupille parum antecedunt mortem. Q uando oculi mul tum rubent & lingua egreditur & cadit pulſus mors eſt preſens. Tumor digitorum & nigredo unguium pronūciant malū quā do uero poſt mortem cutis fit nigra/uel uiridis eſt ſignum fra cture alicuius uene. Q ui uero euadunt ſepe depilantur/quia ua por uenenoſus corrodit humorem: ex quo generantur capilli & tarde/uel nunq̄ redeunt: quoniā interea reſtringuntur pori poſ ſunt tamen redire quando ſiccitas pellis non multum proceſſit. Nec eſt uerum ꝙ ſudor ſit ſignum euaſionis/niſi forſan in decli natione quādo uenenū reſolueretur. In iſtis enim caſibus ſudor ſo let accidere ex labore nature/nec ut aiunt fluxus uentris & uri ne oſtendunt incolumitatem/quia uſquequo uenenum non ex pellitur/uel reſoluitur continue poteſt interficere.

Tract. iii. de curis.

Cap. i. de ſex rebus uocatis non naturalibus.

MEdici omnes infirmos regulant aere/cibo/& potu/Inani tione & repletione ſomno/& uigilia/motu & quiete & acci dentibus anime. Et q̄tum ad aerem quiſqȝ uenenatus debet ſta tui in loco claro & euentabili ne cogatur iterum inſpirare ſuum flatum & quando ſtetit diu in uno mutetur ad alium/& quan do eſſet frigidus calefiat cum lignis ſiccis accenſis & ſint boni odo

ris. Et adeum ingrediantur habentes anhelitum ſanum: ueſtes etiam & lintheamina in quibus dormiunt ſint munda & fumigata odoribus notis / ſimiliter Camiſie ſepe mutentur. Et quantum ad accidentia animi ſermones ſint iocundi: & prebeant ei ſpē euadendi. Circa motum uero poſſet ei conferre ambulatio & aliqualis labor quando expectatur deſcenſus/uel reſolutio illius/uel ut calor naturalis ſopitus excitetur: aliter quies eſt primum remedium incipientium egrotare. Cibi autem debent habere naturam aptam faciliter digeri/ & confortando cito nutrire & aduerſari ueneno: puta brodium galline pinguis cocte uſq; ad diſſolutionem: & alia que reſiſtunt acutiei & prohibent ne accedat ad cor: neue hereat muſculus & lacertis. Vinum ſit ſubtile & clarum potens boni odoris / & ab initio in quantitate notabili ut poſſit permutare / uel obtundere uenenum: In proceſſu uero quantitas impediret digeſtionem preſertim fumoſum & potens / quod etiam poſſet facere catarrum. Quando tamen noceret debet curari uomitu: & poſtea dari brodium anſeris. Rubeum uero & dulce datur/ quando intentio eſſet prohibere motum ueneni. Somnus autem magis confert in calidis: quoniā prolixus in frigidis & humidis poſſet cauſare ſubet/uel litargiam. Venter poſſet ſolui quando uenenum eſſet in inteſtinis & eſt liniēdus quādo inſtaret cōſtipatio fecum/& ſudor poſſet prouocari quādo uenenum declinaſſet ad uenas. Dicitur poſtremo ꝙ in neceſſitate debet poni in uentre muli / uel Cameli ſtatim occiſi: quoniā calor iſtorum reſoluit uenenum/& confortat ſpiritus/& omnia mēbra. Idem de balneo & fricationibus: quia trahunt ad circūferētiam: & reſoluūt non ſic de flobothomia niſi forte ad exonerādam naturam.

Cap. ii. a quibus eſt incipiendum.

ALiqua ſunt adeo letalia: ut nulla peritia medicorū poſſint corrigi. Sicut interdum aliqui humores/ ita urūtur in corporibus noſtris/ut nullā penitus expectent curationem: quia ꝑ ueniunt ſpaſmando. Ab initio tamen ante q̄ uires ſint multum

perturbatæ,& dũ uenenum eſt in ſtomacho,debet educi uomitu: & ſolet dari aqua mellis tepida cũ butiro / & oleo ſiſamino. Similiter aqua Rafani diſtillata non ſolum facit uomitum, ſed medetur omni præfocationi. Et licet ſtercus galli non fallat: eſt tamen expertum dare .ʒ. duas pulueris radicis aſſari hoc eſt baccare cum uino. Iſta educit humores ex membris remotis ſine labore. Quando uero ignoratur natura ueneni,debet potius dari aqua decoctionis ſeminis urticæ cum butiro, & poſtea bibere lac & euomere. ſemina enim illius mundant ſtomachuꝫ & pectus: & emplaſtrata ualent ad cancrum. Et quando ſentiret inflãmationẽ,dentur ei duæ unciæ olei roſati/& tantundẽ de aqua niuis / uel alia frigida, & iteretur uomitus: & qñ non ſufficeret, addatur modicum terræ ſigillatæ/ & de baccis lauri. Conuenit enim uomitus in omnibus uenenis ſumptis, excepto forte ſanguine tauri: quia nimis grauis. Nam quidã famulus meus uolens occidere mures, ꝑpoſuit eis farinã frumenti mixtã modico arſenici ſubtiliter piſtati, de qua comedens unus ex duobus catellis domus, paulopoſt euomuit,& fuit liberatus. Et quia alter comedit de illo uomitu mortuus fuit. Quando ãt adeo ſuperflueret, ut ſtomachus debilitaretur,capiatur puluis radicis tormentillæ/ſeu biſtortæ cum albumine oui, & ponantur ſuper tegulã calidam,& ſumatur: & ſi non ſufficit,fiat fomentum ex decoctione aquæ pluuialis & pulueris illius radicis duabus partibus & una ſpicæ ſupra ſtomachum / & uentrem: et poſtea cum melle calido emplaſtretur: quia confortat/reſtringit/et ſanat.

Cap. iii. de ſimplicibus, quæ curant.

INter magis experta dicitur eſſe pondus octo granoꝝ ordei ſmaragdi triti dati cum uino. Et licet faciat accidentia læua cito, tamen tranſeunt. Eſt enim tantæ uirtutis, ut roboret oculos noſtros, et deſtruat illos thiri/et cocodrilli. Et licet iſte reperiatur ſolum in Nilo ſub figura lacertæ: quia tamen depaſcitur ſuper terram ideo iſtud potuit aliquando experiri ſicut dicitur ex

pertũ ꝙ adeps ipſius curet uenena.Eſto etiam ꝙ de quibuſdam la-
pidibus multa dicantur. Gagates tamen non eſt lapis: ſed gũ-
ma & uocatur a Diaſco. Agiros & a latinis karabe cuius una ſpẽs
eſt coloris nigri/alia crocei. Et ex iſta fiunt anuli & reperitur in
Libia & britania/& melior eſt que accenditur prope lumen lu-
cerne. Iſta inquã excludit uenena & ſerpentes: & ſanat malefi-
ciatos & occupatos fantaſiis melancolicis. Fertur etiam ꝙ expe-
ritur uirginitatem/quando eius colatura cum raſura datur puel-
le ſi retinet eam non eſt corrupta ſecus ſi cito mingit. Et quã-
do cortex iſtius arboris inciditur minutim & ſeminetur in letami-
ne naſcuntur ex eo fungi toto anno.
Oleum dulce oliuarũ frãgit audatiam cuiuſcũqꝫ ueneni. Et oleũ
nucum eſt antidotum multorum.Similiter Coagulũ leporis: eſt
tamen cauendum/ne corrũpat alias medicinas/quia ualde calidũ
Ariſtoteles uero preponit coagulum hinuli/hoc eſt animalis nõ
multum diſtantis a natiuitate. Et ſubdit ꝙ eſt ſubſtantia ha-
bens ignem intra ſe: quia decoctum calore animalis. Illud ta-
men leporis uidetᷣ efficatius: nam & ſanguis iſtius frixus multũ
confert ulceribus uenenatis.Et Agrimonia quã ꝺo eſt uiridis ſum-
pta cum uino: ualet etiam ad morſus ſerpentum/& Canum ra-
bidorum & ad antraces. Et Ipericon creditur curare queqꝫ/com-
buſta & Quartanam. Nec obſtat ꝙ ſit calidum:quoniam iſta
curant per ſe frigida/& per accidens calida: puta Caſtoreum da-
tum illi qui ſumpſit ſuccum rute agreſtis/hec enim cum habeat
ſubiectum molle facile reſoluitur calore illius. Etiam ſi haberẽt
ſubſtantiã groſſã:patet qa doronicũ calidũ & ſiccũ in terrio expe-
rientia cõfortãdo deſtruit uenena groſſa pſertim qdᷣ uenit ex Siria
in ramis duris & grauibus: & habet uenas exterius citrinas & in-
terius albas. Et de radice Enule campane forſan calidiore: In-
quit Ypocrates ꝙ aufert iram/& triſtitiã/& curat uenenoſos cor-
pulentos quando ſumitur cum uino/ac etiam tumores ulcerũ
malorum: debent tamen hec & multa colligi certis tẽporibus/ut
fertur de lactuca aſini/que agrecis uocatur Ancuſa in mẽſe Februa-
rii/que tunc comeſta/uel bibita/ac etiam ligata collo preſeruat &
maſticata poſita ſuper ſerpentes occidit eos.Idem facit Ariſtilogia

trita/uel eius ſuccus cum uino. ſimiliter radices Afrodillorum cū illo lætificant cor. & grana Iuniperi, quæ ſunt una ex ſpeciebus Cupreſſi, defendunt mirabiliter. Expertum uero antidotū qđ probāt ſapientes ad omnia genera, eſt lapis appellatus kemne/ſeu Bezar, & habet colorem Citri ſplendentē/& odorem uini: & generatur ex lacrimis Ceruoꝝ: nam facti debiles ætate intrant quoddā flumen in partibus oriētis, & ſtāt in eo īmerſi uſq; ad caput, donec emittant lacrimas, quæ coagulantur a frigiditate aquæ/& aeris, & uertuntur in lapidem uſq; ad quantitatem auellanæ/uel nucis, qui cadit poſtq̄ exeunt ex flumine: de quo trito ſm omnes qn̄ ſumitur pondus duodecim granoruȝ ordei, expellitur omne uenenū & uitus per ſudorem.

Cap.iiii. de compoſitis quæ reputantur experta.

VEteres capiebant nuces mundatas a duobus corticibus partem unam folioꝝ rutæ/ſalis triti utriuſq; partē ſextaȝ, ficus ſiccas albas/ſeu potius citrinas quantū ſufficit ad mixturā de qua dabant qualibet die quantitatem unius nucis, quæ dicit̃ reſiſtere furiæ/& acutiei cuiuſlibet ueneni: nō tñ, ut aiunt, cōfert iſopus humida, quæ eſt pinguedo lanæ ſordidæ. nec camedreos proprie curat. elixatura tñ camepitei creditur aduerſari aconito. Radix gentianæ cocta cum ruta/addita mirrha/ſumpta cū uino continuata per tres dies liberat, quod intelligitur remiſſa acutie & ſtomacho uacuo, ne operatio impediatur. Poſſet etiā cōferre in calidis, quando daretur cum decoctione taraſſacon, hoc eſt cicerbitæ, uel cum aqua cicoreæ/ſeu acetoſellæ.

Tiriaca liberat/& confortat p formam diſtinctam a ſimplicibus, pſertim bona/& fermentata, quæ cognoſcitur qn̄ uenenum datur gallinæ/uel faſiano, ſi paulopoſt imponat̃ in ore eius parū de ea nō moritur. Et licet quantitas non debeat tranſcendere.3. pōt tamen augeri/& minui ſm naturam egritudinis complexionis ætatis & tpis: nec debet miſceri cū calidis, puta cū gētiana/uel baccis lauri: niſi forte uenenum eſſet frigidum. Et licet aliqui pcmiſceant cum ea lignum aloes/ambram &c. & alii liquida,

ut ſumat̃

ut ſumat ſine faſtidio, uel diuretica, ut dirigat ad uias urinæ, uel ſpicã ſtigados/aut nucẽ muſcatã, ut ad cerebrũ. Eſt tñ cauendum, ne ex iſtis uel aliis permutetur eius forma ſpecifica, ne ue auferatur ab ea pondus conſtitutũ ab inuẽtoribus ſuis. nõ .n. fuit inuẽta caſu/ſed experiẽtia, & cõprobata uſu lõgeuo. Et ſiue detur ipſa/ſiue mitridatũ, debet ieiunari per ſex horas uel circa. Pimpinella uero cocta in uino ſi ei addatur modicum gentianæ & ariſtologiæ tritarum/& gummi hedere partes æquales ſumpta in potu non ſolum liberant, ſed etiam creduntur diſſolui faſcinationes. Et alii ꝙ uentriculus ciconiæ/uel eius cerebrum ſumpta cum uino diluto, additis duobus granis ſpicæ curant uenenum cuiuſcunq; naturæ.
In omnibus tamen capiatur terræ ſigillatæ .ʒ. una/& galbani tantundem, & incorporentur oleo, & ſumatur cum uino/& aqua: quia expellunt uenena calida/& frigida: & ſi forte perturbarent, confortetur cor/& epitimetur cum ſpeciebus temperatis declinantibus ad frigiditatem: præſertim ſi eſſent ſigna ſuper calefactionis. Et in omnibus generibus illorum debent ſemper cuſtodiri epar/ſtomachus/& caput cum prohibẽtibus corruptionem/& reducentibus ad temperiem.

Cap. v. quæ curant confortando/& quæ alterando.

QVi ſumit de oſſe cordis cerui cum modico puluere ligni aloes/& tantundem gariofilorum cum uino, ualde recreatur & gaudet: quæ etiam curant omnia mortifera abſq; perturbatione. Signũ eſt, quia qñ illa tria incorporãtur oleo, & ungitur ex eo caput galli continue cantat. Conſtat etiã ꝙ grana citri/& cortices ligni limonũ nutriunt & confortant cor/& ſpiritus, & expellunt illa. Et licet uera confortatio ſpirituũ ſit regeneratio: qm̃ non proprie nutriuntur: ſicut tñ uigorantur aere puro/& lucido/& triſtantur in tenebris, pariter roborantur cum illis. Et propterea cum cibis/& potibus debent miſceri aromata, ut illi recreentur/& membra reſtaurentur. Quædã uero curant/& alterãt, puta terra ſigillata, quæ facit uomitũ: nõ

tamen eius perturbatio eſt ita notabilis ſicut illa, quam facit : Et manifeſtius quãdo datur elleborus aut cantarides, quæ & ſi curent, ualde tamen perturbantur uires corporeæ : quare ſolent miſceri cum ſubtili elimatura auri : quia confert cordi, & quadã aſperitate detergit/& depurat ſuperflua. Maſtix uero reſtringit & unit partes lapſas : & aliqua ratione unius partis nutriunt, & alterius expellunt. & quædam per unam remouent nocentia, & per aliam alterant.

Tract. iiii. de cura illorum in ſpecie.

Cap. i. de cura calidorum :

IN iſtis ſæpe accidentia ſæua exigunt mitigari : & propterea poſt uomitum datur oleum amigdalarum dulcium, uel butirum cum lacte uaccino : quia frangunt acuitatem ueneno ſorũ, & ſuccurrũt mordicationibus, & parant illa expulſioni : quæ eſt præcipua intentio. ſi uero lac coaguletur in ſtomacho, quod cognoſcitur, quia ſuccedit rigor/& ſudor propter conatum uirium animæ in expellendo : & aliquando ſudor eſt frigidus, quando uires profundatæ non redeunt ad membra extrinſeca : & tunc facto uomitu debet ei dari pondus unius aurei coaguli leporis cum una uncia fortiſſimi aceti : quia eſt efficax : dummodo poſtea ſumat modicum decoctionis mentaſtri. Et quando lac coagularetur in ueſica debet frangi cum illis, quibus frangitur in ea. Et quando fit acetoſum, quod cognoſcitur ex nauſea grauedine / & uertigine facto uomitu, ſtatim detur uinum purum/& diatriũpiperon cum eo, & ſtomachus interea epithimet. Aliqui uero ad extinguendam inflammationem dant trociſcos de camfora / & ſuccum fructuum frigidorum. & quando eſſet

magnus dolor in aliqua parte corporis, ſtupefaciunt illã: quan-
do tamen cõtinuaret, ſolet dari modicum balſami triti cum uno
ciatho lactis: quia liberat ab inflãmatione/& dolore: & quan-
do uenenum deſcendiſſet ad inteſtina, debet ſolui uenter cum
lenitiuis. Nec propterea omnia calida ſunt eodem modo curã-
da. nam auripigmentum/& arſenicum ualde pernitioſa faciunt
mordicationes/inflammationes/& puncturas adeo doloroſas,
ut ſumentes ſæpe moriantur exclamando: & uermes exeũt per
anum, & aliquando per os: quia natura fugit iſtos exceſſus.
Cura autem iſtorum, ſiqua eſſet poſſibilis, facto uomitu debet
ſtatim remitti acuties cum iuleb. & oleo uiolato aqua calida uel
decoctionis maluæ aut ordei, & poſtea cum lacte: cum illis la-
uantur ſtomachus/& inteſtina, cum iſto confortantur & nutri-
untur. Et eſto ꝙ aliqui dicant ꝙ debeat eis dari parum erugi
nis ferri cum butiro/uel.ʒ.una fellis gazelli cum urina aſini/uel
modicum criſtalli ſubtiliſſime tritæ cum oleo de amigdalis dul-
cibus. Melius tamen eſt ut poſt uomitum & remiſſionẽ acui
tatis ſeu malitiæ pro antidoto capiantur quattuor unciæ pinea-
rum contritarum, quæ infundantur in una libra aquæ per ali-
quas horas, & poſtea detur earum expreſſio. Et quãuis ar-
ſenicum minerale ſit cito frangibile, quod naſcitur in Helleſpõto
& Cappadocia ſoleat præferri: eſt tamen ex ſe calidum in quar-
to, & deterius ſublimatum in teſta noua ſuper carbones accen
ſos ſi agitetur donec color citrinus permutetur in album: ſi tũc
iterum ſublimetur fit adeo acutiſſimum ꝙ ſm artem nõ poteſt
fieri acutius, qd' appellatur riſagallum. rũpit enim omnia uaſa
fictilia, quando reponitur in eis. Aduertant igitur qui faciunt
unguenta ex iſto/calce/& ſapone ad tollendum pilos/aut euel-
lendum ungues, ut ſtatim poſtquam ſunt euulſi, lauent ſæpius
locum cum abſterſiuis, ne corrodant carnem bonam: qui tamẽ
cupit ꝙ non renaſcantur, ungat locum ſucco iuſquiami. Et qui
dam dicunt ꝙ cupiens ut renaſcantur, debet urere capillos homi
nis & ponere puluuerẽ ipſoꝝ in aqua, cum qua lauet ſibi caput.
Realgar ſimiliter quia fit ex auripigmento/calce uiua/& ſulphu
re, cito interficit. Solent tñ dari ſumẽti loco antidoti tres unciæ

olei de nucleis pini: quia poſt remiſſionem acutici liberant. cæteris uero calidis, quando cum eis aſſociatur tuſſis, debet ſuccurri cum lacte aſinæ, quia non coagulatur. Confert etiam butirum/& ſyrupus de yſopo. Expertum tamen remedium cuiuſlibet ueneni groſſi & ſicci, cui aſſociatur tuſſis, eſt.ʒ.una uſqꝫ ad aureum ſerapini infuſi in aqua mellis/uel decoctionis rutæ: cũ aliis uero medicinis ſufficit.ʒ.media uſqꝫ ad unam, dũmodo habeat odorem Galbani/& colorem rubeum clarum/& interius album: cum enim ſit calidũ/& ſiccum in tertio, ſua acutie frãgit uenena groſſa/& lapidem ueſicæ: & tollit pannum oculorum/& obſcuritatem uiſus, quando diſtillatur in illis cum lacte mulieris. Medicus tamen diligens debet in curis uenenorum obſeruare motum ipſorum: quoniam augmentum ſtatus/& declinatio non reperiuntur in iſtis ſicut in aliis. de ære uero & quibuſdam aliis calidæ naturæ dicemus, quando diſtinguemus ſiccitatem frigidorum ab illa, quæ reperitur in calidis.

Cap. ii. de cura frigidorum in genere.

ISTis poſt uomitum conuenit tiriaca cum uino ueteri puro: & quando declinaret ad inteſtina, debet ſolui uenter/& nutriri cibis calidis boni odoris, & qualibet die ſolet & debet dari quantitas auellanæ uſqꝫ ad nucem de infraſcripta mixtione/uꝫ rutæ/ſiue mentaſtri piretri cordumeni partes æquales aſſe, quarta pars omnium/& mellis quantum ſufficit/uel.ʒ.una mirrhæ & media piretri cum uino: & quando opus eſſet, debet calefieri pectus/& caput pannis calidis ſuffumigiis/& oleis odoriferis. Et ſi caſu ſuperueniret rigor magnus, ut ſæpe accidit in febribus capiatur policaria maior/& miſceatur oleo, & ungatur corpus, quia prohibet illum. calefacit enim/& deſiccat in tertio. Quando aũt apparent ſigna ſiccitatis, ſemper medicinæ calidæ ſunt miſcendæ cum humidis: & cũ declinat ad uenas, debet eis dari petroleum cum aſſa fætida/uel terbentina ſublimata cum modico tiriacæ: quia ſanant. poſſet etiam tunc conferre balne

um,ut fumi mali extrahantur ſudore . Nam licet calidis uene-noſis ut plurimum coniungatur ſiccitas ignea: cum frigidis uero aſſociatur terrea. Diſtinguntur tamen uenena non corroſiua a corroſiuis: quoniam corroſio frequentius inuenitur in haben-tibus caliditatem & ſiccitatem ab extrinſeco: puta ſublimatis, quæ dicuntur cognoſci ex modo ſubſtantiæ: quia ſæpe in iſtis eſt groſſa & dura: in aliis uero ſubtilis & mollis. Verum quia iſte modus ſæpe fallit, nam & quæ non habent ſubſtantiam du-ram, & ſunt ex ſe calida, corrodunt. ſimiliter quædam frigida terrea: ideo tutius eſt obſeruare uiam experientiæ, que facit artē. Nam & Adamas conſtans ex aqua congelata incidit lapides & metalla: & granum ipſius immiſſum per uirgam in ueſicam, dicunt frangere lapidem in ea: & tamen eſt ualde frigidū. Nec poteſt dici ꝙ operetur iſtud ratione partis calidæ aſſociatæ cum eo, que ſi eſſet ſenſibilis, non poſſet ſe compati cum frigiditate quarti gradus illius: quia tamen terminatur a ſubtili terreo: ideo ratione iſtius incidit &c. Et quando eſt contuſum, ſi ſumatur de eo quantitas unius . ʒ . ſoluit continuum, & cauſat uehemen-tem dolorem ſtomachi, a quo non expellitur ſine magna diffi-cultate: quia cum ſiccitate terrea hæret membro, & cum frigidita te extinguit ſpiritus in eo: quare patiens ſentit anguſtiam: & proceſſu temporis cadit in ſincopim, & tunc uix euadit. In prin cipio tamen poſt uomitum debet curari butiro/ & oleo dulci, & brodio pingui anſeris / uel caſtrati. puto tamen ꝙ debēt dari inciſiua & abſterſiua, puta mel roſatum/ & forte cepa/ & piſciculi ſaliti. Et quidam dant in potu ſanguinem hirci recentem. Sed quando eſſet in inteſtinis, debet educi cliſteriis ſimilibus. Si ue-ro non ſufficiunt detur in potu media . ʒ . uſq; ad unam balſa-mi & bibat uinum clarum / & ſubtile: quoniam habentes ex-pulſiuam fortem, ſepe ſanantur.

Cap. iii. de cura argenti uiui.

Iſtud & ſi poſſet interimere/non tñ ſua frigiditate & humidi-tate: qm̃ terminatᷣ multo terreo ſicco aīr non poſſet ſm̃ artē

uerti in puluerẽ rubeũ,ſed iſtar aquæ potius reſolueret̃ in fumũ. nec eſt calidũ,q͞a nõ cõcurreret cũ ſulphure ad ꝓducẽdũ metalla. Principia enim diuerſa ut creduntur eſſe iſta duo,debent habere oppoſitas naturas: ideo ſi ſulfur eſt calidum & ſiccum,argentũ uiuũ erit frigidũ,& humidũ ĩ gradu tñ remiſſiori: quia ſi ſuparet illud in aliqua qualitate actiua,nõ cederet loco materiæ,ſed agẽ/tis. Quare Alchimiſtæ dicunt ꝙ eſt aqua uiſcoſa ſubtilis alba unita terreo ſubtili continente humidum tẽperatum: quia in eo eſt operatus calor ſolis ut cauſa uniuerſalis, & ſulphuris/ut par ticularis: patet ex eius colore tendente ad opacum. nec motus eius continuus arguit caliditatem in eo: ſed quia eſt graue,non poteſt aſcendere,nec in plano deſcẽdere: uel forſan conatur illo motu deponere ſiccũ terreum,quod repugnat ſuæ naturæ: quæ ſi nõ eſſet frigida/& humida nõ mortificaretur cũ lixiuiis acutis: nec diſtẽperaret metalla,nec ĩmobilitaret humores. Et quãuis teneant,ꝙ ex ſui natura non ſit uenenoſum: & ꝙ poſſit dimitti ſeceſſu ſub forma priori,p̃ſertim qñ ille qui ſumpſit,ſe exercet. poſſet tñ ſuo pondere opprimere inteſtina,& ſua frigiditate con gelare humores. Quando uero ſublimatur,acquirit caliditatẽ uſtiuam/& ſiccitatem: qđ patet tum de parte, quæ remanet in collo uaſis,tum quia ſumens de iſto ſublimato ſentit fortes/& doloroſas punctiones: & niſi cito educatur uomitu,ſuccedit flu xus ſanguinis: quare debẽt ei dari humida & unctuoſa,ut remit tatur acuties. Et qñ deſcendit ad inteſtina medicari cura diſſen/teriæ: unde qui dant ab initio mirrham cum uino / uel aquam mellis,aberrant: niſi remiſſa mordicatione. Et quia ſæpe prohi bet exitum urinæ, iſto caſu debet pluries fomentari pecten / & ueſica cum ſpõgia infuſa in decoctione iuniperi/& ſeminis appii, & bibat uinũ,in quo ſit decocta radix iſtius/uel acori. Et iſtud remedium cõuenit multis: quia ualde prouocat,& teſticuli un/gantur oleo rutæ. Si uero eſſet in aure,debet extrahi cũ ſter nutatione/uel oleo calido,quod amoueatur infrigidatũ, & iterũ imponatur aliud calidum,& aliud, donec extrahatur: & teneat aurem ſuper puluinar: quia niſi extrahatur,poſſet facere epileu/ſiam/uel apoplexiam: & fumus illius paraliſim.

CAP. IIII.

Cap. iiii. de cura calcis/aluminis/& aquæ ſaponis.

NOn loquimur de iſtis eo ꝙ ſint proprie uenenoſa: ſed quã ſumpta in parua quantitate poſſunt interficere. nam qñ calor unitur ſiccitati coartat/& obſtruit meatus,& prohibent uires animæ deferri per corpus: ſubſtantia enim tenax ualde reſiſtit medicinis,& uix poteſt reſolui.

Calx igitur calida & ſicca licet in uſu operꝝ illa reputetᷣ melior, quæ fit ex corticibus ouorum:& proxima quæ ex conchiliis marinis:& ultima quæ ex marmore excocto. Eſto etiam ꝙ ex iſta quando eſt alba/& diſſoluitur in oleo roſato curet forte aduſtiones: quia tamen ex ſui natura eſt ſicca in quarto: ideo recepta in ſtomacho corrodendo mouet dolores intenſos: & quando declinat ad renes,ſæpe prohibet urinã,& interdum aperit & ulcerat illas: ſimiliter ad inteſtina. Curatur autẽ cum humidis,& partim cum illis quæ retulimus in cura arſenici.

Lixiuium uero ſaponis curatur potu lactis aſinæ/butiro crudo zucharo/ſilo aloe/& ſy. de yſopo.

Alumen autem ſiue minerale/ſiue artificiale/ſiue iamenicum/ſiue rotundũ eſt groſſæ ſubſtantiæ. ſciſſum tñ,quo utuntur medici quando conficitur cũ uermibus inuentis in terra pingui, ſanat cancrum: & licinium intinctum in eo impoſitum orificio fiſtulæ confert multũ. ſimiliter ſilex,quæ eſt herba notiſſima,quando fit ex ea puluis & imponitur illi ſanat. & deniqꝫ qui lauat ſuos oculos cum decoctione illius tollit obſcuritatẽ. Omnes tamen eius ſpecies ſunt calidæ/& ſiccæ: & ſm aliquos de natura uitrioli:de quo Gale. teſtatur uidiſſe tres uenas unam nigram,ex qua fit atramentum. atrum enim eſt idem qđ obſcurum. aliã citrinam,& uocatur colcotar. tertiam uocant calcantum, quod eſt uiride & proprie uitriolum: quod etiam licet conferat ad multa, omnes tamen eius ſpecies ſicut & aluminis ſunt ualde ſiccæ/& calidæ: ideo poſſunt ulcerare,& cum ſiccitate obſtruere, & coartare anhelitum,& conglutinare humiditates in ſtomacho: unde quando non poſſunt expelli uomitu,debent educi ſeceſſu/& ratione: ſiccitatis debent dari humida permixta cum ſolutiuis: &

inquantū acuta pinguia. Et licet omnibus ſpeciebus conferat mirrha cum puluere cancrorum fluuialium / & uiuo potenti. dum tamen percipiuntur punctiones, debet continue dari lac butirum/& brodium: & ſi quidā dent in potu ſanguinē faſiani.

Cap. v. de cura litargirii/magræ/cinabrii/ceruſæ gipſi / & magnetis.

Litargirium, quod reputatur ſpuma argenti, eſt frigidum/& ſiccum, & minus lædit illud, qđ participat de minera auri: & econtra plumbi. Artificio tamen fit ex laminibus iſtius præſertim uſtum: quia terreum & ſiccum. & q̄uis reputetur eiuſdē naturæ cum magra: p̄cipuum tamen ſignum ſumentis litargirium eſt ꝙ tingitur colore plūbi. quod accidit ex mortificatione caloris innati, & non ex colore: quia frigida/& ſicca non extenduntur ad colorandam pellem. Cura eſt uomitus cum decoctione aneti. & aliqui dant cinerē ligni ficus. & alii mixturā dactylorum/aneti/& nitri: melius tñ eſt dare .ʒ. unam mirrhæ boni ponderis cum modico ſpicæ Romanæ. & pro antidoto. ʒ. una uſq; ad duas ſeminis kemne triti, hoc eſt catapuciæ maioris quæ eſt calida in tertio/& humida in primo. iſta enim eſt magis aduerſa naturæ illius: debet tñ ſumi cum aqua mellis: quia cōtinuatum per quinq; dies curat. Magra uero præſertim quæ defertur ex Babilonia, & facile teritur, eſt potēs natura exiccare/& conglutinare: patet: quia reſtringit ſputum ſanguinis. habet etiā frigiditatem in promptu: quia mortificat calorem naturalem uermium, & cum ſiccitate immobilitat pabulum uitæ ipſorum. Illa tamen qua utuntur carpentarii ad ſignandum ligna nō eſt adeo efficax. prima uero exaſperat guttur, & tracheā arteriā: & cōdenſando humiditates in ea poteſt ſuffocare. Vnde prouocato uomitu, debet curari cum aqua decoctionis aneti/ficuum/& butiro/& modico ſale, & debent dari humida et pinguia declinantia ad caliditatem: et quæ conferunt ad curā litargirii. Venter tñ in iſta eſt ſoluendus cum iera ruffini etiā iterata: quia ſicca difficillime curantur: et pro antidoto .ʒ. duæ

eboris combuſti cum uino, hoc eſt dentis elephantis: quia edu-
cit ſicca quadã ſimilitudine. Iuuat inſuper bibere de ſeminibus
appii domeſtici cum uino. Cinabrium etiã ratione ſiccitatis
conſtringit uehemẽter. Et quia illud qđ foditur ex minera ha
bet colorem rubeum, aliqui crediderunt ꝙ eſſet ſanguis draco-
nis. Iſta tamen eſt herba frigida & ſicca in tertio, & ſolet adul
terari minio: quia eſt ſimiliter rubeũ. ſed cognoſcitur, quia illa
eſt interius alba. Eſto etiã ꝙ cinabriũ/& minium ſint rubea,
illud tamen naſcitur ſolum in Libia, ex qua defert̃ ad nos. mi-
nium uero uenit ex Hiſpania, & naſcit̃ ex lapide permixta arenæ,
& tritus mutat colorem: non autem cinabrium: niſi forte ueri-
ficetur de facto ex ceruſa cõbuſta/aut ex plũbo poſito in igne,
donec fiat rubeũ: ſed tunc eſſet calidæ/& ſiccæ naturæ. Iſta ut
diximus, cognoſcunt̃ ex accidẽtibus: quare cognita debẽt curari
ut talia. Dicitur aũt ꝙ omnibus confert butirum cũ aqua ca-
lida, in qua ſint decocta ſemina rapæ. ſm alios tñ magis cõferũt
duæ .3. ſpodii, uꝫ de illo qđ fit ex radice cannæ aduſtæ: quia re-
putatur conferre melancoliæ ꝓuenienti ex ſolitudine uel timore.
Poſſet etiam in caſu dari illud, quod fit ex ebore cõbuſto: quia
ſumitur loco ſpodii, non aũt quod conſtat ex fuligine, quæ ca-
dit ex locis ubi reperiuntur metalla: nec ex cinere argentariorũ,
quoniam ualde ſtipticæ adderent in cauſam.

Ceruſa frigida & ſicca in ſecundo fit ex laminibus plumbi calci-
nati/uaporibus aceti/ſeu ex iſto, quando eſt acerrimum, & in eo
ſteterit diu plumbum. Sumens autem de ea ſentit dolorem in
ſtomacho: quia corrumpit humidũ roridum in eius rugoſitati-
bus. Et quia impedit digeſtionem, cauſat uentum, & interdum
ſingultũ, quando non poſſunt expelli humores inuiſcati in illo,
& urina apparet nigra, quando renes ex labore incaleſcunt, uel
humores ex dolore uruntur. ſed mingitur ſanguis quando di-
geſtiua/ſeu retentiua epatis debilitarentur/aut prohiberentur di-
rigere illum ad membra, uel quando uaſa urinæ eſſent ulcerata.
Curatur aũt ſicut litargiriũ: Et Auic. dicit ꝙ detur ſumenti ſca-
monea: ſed quoniam iſta multum perturbat/& cito operatur,
ideo tutius educuntur cũ lenitiuis mixtis ſolutiuis. Et inquãtũ

uiſcoſa debent prius dari mollificantia calida & aliqualiter inci-dentia & ſubtiliãtia. Et aliqui dant oleũ lilii cum butiro. puto tamen ꝙ ualde conferat ſuccus abſcinthii qualibet die aureum unum cum ydromelle, & bibat bonũ uinum, & comedat quæ reſtaurant naturam: quæ ſæpe expellit ex ſe noxia. Quando uero de una uel alia ceruſa ſumitur parua quantitas, non lædit tunc, ſed continuata per plures dies interficit. cũ .n. illæ partes paruæ non digerãtur quadã ſimilitudine cõiunguntur in fundo ſtomachi, quod cognoſcitur ex lingua, quæ apparet alba: tingi-tur enim colore illius, unde illic inuiſcatæ non credũtur poſſe cu rari. Eſto deniq; ꝙ mulieres ponant illam in aqua roſata ad ſolem: qua conſumpta addunt alia; / & ſucceſſiue aliam, donec albeſcat, & poſtea cũ ea decorãt facies ſuas. Vidimus tñ ꝙ illæ quæ utuntur ea longo tẽpore, ut plurimum incurrunt fætorem oris / dolorem & nigredinem dentium. nam cum pars ſangui-nis qua erant nutrienda extrema faciei impedita, ab illo liniméto reſtringitur ad gingiuas: & quia ſuperfluũ putreſcit uel corrum pitur illic, talia proferunt fætorẽ: & quia fiũt nigra, ideo tingunt dentes illo colore. Gipſum uero eſt genus lapidis, qđ licet ab extra compeſcat fluxum ſanguinis ac etiam ſudoris, eſt tamẽ adeo ſtipticum, ut nullomodo ſit dandum pro medicina: trahẽs enim moram in ſtomacho ſuffocat: quia coartat diaphragma / & inſtrumenta anhelitus, frigiditate etiam & ſiccitate congluti-nat humiditates. Et quãuis dicant ꝙ tritu; mixtum albumine oui / uel pulueribus molendini / aut aquæ & aceto conueniat ad multa: ſtatim tñ ſumptum grauitate facit intenſum dolorẽ ipo-crundiorum / & uentris / & ſtupefacit membrum cui adhæret. Quare ſi nõ poteſt in principio educi uomitu aqua calida / oleo liliorum / uel narciſſi / butiro / melle &c. debet ſolui uenter primo cum lenitiuis, & poſtea cum aliis aptis educere humores ualde frigidos & ſiccos. & poſt deſcenſum debet ungi exterius oleo de kemna, & pro antidoto dari aqua cineris uitis cum ſapa. Et ſm alios .3. una ſtercoris muris triti cum uino. & quando facit tuſſim, cum ſy. de yſopo. Diptamus tamen cum oximelle ualde confert: præſertim prima eius ſpecies.

Magnetum autem enarrantur multa genera: Quoddam tra-
hit ferrum. Aliud trahitur ab eo aliquod trahit carnem hominis:
& quod uno ungulo trahit cum alio fugat. Et alii ꝙ experitur
fidem mulieris / quia ſuppoſitum eius capiti dum dormit, ſi u'tro
accidit & amplexatur uirum eſt fidelis. Si uero non fetet / adeo
ſibi ut mallet diſcedere ab eo. Et addunt ꝙ portatum conciliat
amorem &c. Tenent etiam ꝙ ſi tritum ponatur ſuper carbones
ingentos in quattuor angulis domus timent & fugiunt omnes.
Si tamen iſta eſſent uera magis operatur imaginatio hominis
ꝙ uirtus rei/quoniã ex ſe eſt ſicce & melancolice nature. Et licet
dicant quod media. ʒ. illius curet idropicum / ſumens tamen ul-
tra iſtam efficitur epilenticus. Eſt autem curandus humidis &
uenter ſoluendus lenitiuis. Et pro antidato debet dari Allium/uel
pondus octo granorum ordei Smaragdi triti cum uino.

Cap. vi. de Cura æris, Eruginis ferri: lapidis lazuli: & Armenii.

ES eſt calide & ſicce nature ut diſtemperet cõplexionem/ quã
do enim colligitur ex loco proprio in fundo ipſius eſt terra
adeo calida & exarſa ut faciat illud liqueſcere/& dum recipitur p-
iiciunt ſuper eum aquam dulcem frigidam/ut coaguletur.
Confert tamen ad multa nam illud ꝙ ſupernatat/& uocatur flos
æris ualet ad lepram & Cancrum: corrodit etiam carnem ſuper-
fluam in ano/uel naribus & diſſoluit uenena. Et quod excutit
percuſſionibus malleorum habet ſubſtantiam groſſam & clarã:
& fit rubea/quado irroratur aceto. Ille tamen flos eſt bonus/ q
habet colorem ruffum. Et quando illud ꝙ defertur ad nos ex in-
ſula Cipri cõficitur cum Alumine / & ſulfure addito ſale ſi coletur
fit ex eo Auricalcum.
Sumẽs tñ de eo ultra. ʒ. ual de inflamat̃ et eius ſanguis pũgit/& ali
quãdo ulcerat ſtomacũ & inteſtina Coartat etiam pulmonẽ:& in
terdum ſuffocat. Cura iſtius eſt ſimilis illi Arſenici/ & quando nõ
poteſt educi uomitu cum illic enarratis ſumat mediam . ʒ. uſqꝫ ad
unam terre ſigillate cum uino albo / & quando deſcendit inferius

educatur cliſtere lactis aſine / et oleo de Amigdalis dulcibus. Pinguedo etiam ouium ualde confert. Et ſtomacus debet ungi oleo roſato. Et pro Antidoto ſolent dari. ʒ. due Coralli rubei triti cũ uino/uel tantũdem de radice Acori: quando eſt alba cuius ſuccus dirigit humores malos ad uias urine/et confert ad morſus ſerpentis. Et quando ſuſpenditur ſuper uaſa ubi ſtant apes: non permittit illas diſcedere: cum enim ſit calida et ſicca in ſecũdo creditur confortare paruum calorem illarum / iſta tamen herba non cognoſcitur niſi quando floreſcit et debet colligi de menſe Auguſti.

Quãuis ex elimatura ferri fiant Electuaria/ & ferrugo & ſquama illius calefaciant & exiccẽt in ſecundo/uel uſq ad tertium. Et id ratione caliditatis ſuperinducte ab igne in eo. Nam & quando eſt ignitũ & candens ſi ſepe exſtinguatur in uino iſtud bibitũ extenuat ſplenem / & aperit opilationes epatis: habet enim partes adeo ſubtiles & calidas/ut credantur deſtruere Napellum.

Squama uero que euolat percuſſionibus/& poſtea cadit uocatur Scoria: eſt enim quid tenue & latum ferrugo/ autẽ eſt pars que liqueſcit. Et erugo acquiritur in ferro diuturnitate tẽporis/uel aliquo ſuperinducto. Iſta tamen permixta ſale armoniaco reputatur curare fiſtulas.

Qui uero ſumit de puluere ꝑdictorum ultra. ʒ. faceret uomitũ uſq ad mortem quã precedit dolor uẽtris anguſtia / ualde intenſa, quia cum acutie mordent & ſoluunt continuũ. Et corpus illius qui nõ moritur cito extenuatur. Cura eſt ſumere butirum & lac aſine mixtũ cum aliquo ſolutiuo/quia nullũ illorum eſt aptũ reſolui/aqua etiam in qua tota nocte ſteterit. Magnes reprimit uiolentiã illorum & cum ſua ſtipcitate ſedat uomitum. Sumenti etiam limaturam abſolute/quãdo noceret quantitas detur parum de magnete trito addito modico pulueris auri & ſpice partibus equalibus in totum. ʒ. una & ſumatur cum uino/& ſm alios tertia pars. ʒ. uſq ad unam balſami curat nedum predicta / ſed etiam aquas diſtillatas cum Scoria ferri.

Lapis lazuli de quo tot referuntur ad tollendas egritudines melẽcolicas et inducendũ leticiã/et qui cum aliis medicinis ſolet ad multa conferre/quando tamẽ de eo abſolute ſumeretur una. ʒ. faceret

accidentia

accidētia mala ſimilia uenenoſis. Curatur autem exceſſus ſicut minium, cuius antidotum ſunt.3. duæ karabe triti cum uino. Lapis uero armenus eſt adeo pernicioſus, ut tertia pars unius.3. interficiat: & ſm alios ſexta: cuius ſigna ſunt frigiditas extremitatum: quoniam ſpiritus & calor ob timorem retrahuntur ad cor: & quando differtur eductio, ſequitur ſyncopis/& mors. Et a multis curatur ut napellus u3 cum diamuſco & radicibus capparis. Et quidam dant oleum nucum cum decoctione butiri & ſeminis napi, hoc eſt illius ſpeciei raparum quæ tendunt ad colorem citrinum.

Tract. v. de putreſcibilibus.

Cap. i. de cura humidorum.

IStorum nō ſolet poni cura particularis. nam quādo tēpore peſtis creditur ꝙ aqua ſit infecta, debet coqui/& teneri in ea lignum aloes: ſicut quando dubitatur de aere alterari odoriferis notis. Sed quoniā humida præſertim groſſa frequenter putrefaciunt humores: & quanto diutius permanet in corpore, tanto plus augetur putredo. & niſi cito occurratur, poſſet totum infici: ideo in iſtis intentio curatiua eſt ut reſoluātur, uel expellantur, & ꝙ ſumant quæ aduerſantur putredini, puta mirrha cum ſucco abſinthii, & alia dicenda.

Cap. ii. de ſudore/& quibuſdam, quæ corrumpuntur ex tempore, & curis.

SVdor uero animalium, & ſi reputetur aquoſitas ſanguinis, quando tamen fuiſſet permixtus cum colera putrefacta, ut ſæpe accidit: tūc ſumptus calefacit/& inducit febrē, & maculat ſanguinē. Corruptio uero cognoſcit̃ ex fætore & qn̄ defert̃ ad aliquod mēbru3, alterat: & qn̄ ſpiritus/& calor in eo refugiunt

ipſum ſuccedunt accidētia ſæua/& timoroſa. Solent autem curari aqua calida / melle / & oleo amigdalarum: & pro antidoto dari ariſtologia cum ſale in totū.ʒ.media,& poſtea bibat uinū rubeum. Et quidam referunt ꝙ quando ſudor hominis miſcetur modico pulueri loci ubi ſolent fieri colluctationes: tunc iſtæ ratione caliditatis/& ſiccitatis, & ſudor quia ſalſus & amarus, reſoluunt apoſtemata mamillarum/uel lumborum,& tollunt eorum inflammationem. Si tamen iſtud eſſet uerum intelligeretur,niſi apoſtemata fuiſſent multum ſicca & dura: quia debent prius remolliri oleo uiolato / uel alcāne,quæ etiam curant lac coagulatum in mamilla. De ſudore uero hominis ſani patebit in tertio libro.

Multa humida fiunt ueneneſa ſucceſſu temporis,patet de ſemine trahente moram in uaſis/uel in poroſitatibus membrorum, in quibus natura conſeruat illud pro noua generatione. Poteſt enim interea alterari & corrumpi in prauam qualitatem. Nam & ſpiritus qui generantur ex ſanguine leproſi, ſunt ſilueſtres/& turbidi: & quando ſanguis eſt paucus/obſcurus/& ſubtilis,diſponit homines ita ad iram, ut credantur eſſe inſani. Nec iſtæ permutationes, ut multi putant, poſſunt facile curari oleribus frigidis: quoniam alterantia ſola non euacuant materiam putrefactam. Quare ab aliquibus curantur aqua mellis / & modico terræ ſigillatæ/addito pauco aceto.& pro antidoto dāt .ʒ. unam calamenti ſicci cum aqua colata cineris ligni ficus. Suboriuntur etiam nocumenta ex uaporibus & fumis,qui interdum exeunt ex locis ſubterraneis,quæ ſteterunt diu recluſa, qñ poſtea tempore terremotus/uel alterius nouæ aperturæ ſeu ruinæ ingrediuntur per nares animaliū,interimunt. Nam & quidam temporibus noſtris uolens uertere argentum uiuum in uerum,cum per aliquas ſeptimanas tenuiſſet uas ad ignem circumquaꝗ coopertum, quando poſtea incaute aperuit illud: quia fumus,qui tūc exiuit,erat acutiſſimus,igreſſus nares illius ſtatim deceſſit ſine loquela. Iſtæ tamen & ſimiles infectiones, ſi darent tempus, debet in principio epitimari cor/& confortari cerebrum cum notatis in cura epidimiæ.

Cap. iii. de cura carnium/& piſcium putrefactorum.

CVm omnis ſermo in iſta inquiſitione tantã habeat efficaciam, quantã ipſa peritia diſtinguendi/& applicandi remedia ad particulares egritudines, quæ multũ quin potius totum depẽdet ex prudẽtia medici: in propoſito tñ nõnulla narrantur a ſcribentibus, quibus dicunt homines poſſe uenenari, quæ non ſunt neceſſaria, nec forte uera: Nos tñ ne uideamur negligere dicta antiquoꝝ, retulimus cauſas/ſigna/& curas illoꝝ. Et primo de carnibus aſſatis & ſtatim recluſis in uaſe taliter cooperto ut uapor ſeu fumus caꝝ prohibeatur exire. iſte cum ſit aduſtus & ſubtilis ꝓhibita trãſpiratione inficit illas carnes, quæ ꝙprimũ ĩgrediunt ſtomachũ comedẽtis cauſãt anguſtiã/& faſtidiũ. Et dato ꝙ humores groſſi ꝑ naturã tẽdãt deorſũ: & ſubtiles poſſint expelli uomitu: ſi tñ cõtingat ꝙ leues/& calidi petant cerebrũ, faciũt accidẽtia ſimilia uenenoſis. Cura iſtorũ eſt ut poſt uomitũ det eis uinũ boni odoris cũ ſucco citoniorũ/& zuccarũ cũ xilo aloe & maſtice/& alia quæ inducũt ſõnũ, qa iuuat digeſtionem. Piſces ſimilirer aſſati & poſiti in loco humido & frigido, a quo fumi/& uapores illoruꝫ repercuſſi fuerunt retenti in eis die una uel plus, comeſti mouẽt in ſtomacho ſingultũ cauſatũ ex materia uiſcoſa/& groſſa ipſorũ. Indigeſtio uero facit uentũ inflantem uentrẽ. Et ſi contingat ut uapores humorũ efferantur ad pectus, impediũt anhelitũ, ſi ad caput/cõmittunt catarrũ: & qñ ſubtilitate & labore uerterent in colerã, ſi pellatur ad oculos, facit eos citrinos. Sed ſane & ſi forte ꝑdicta poſſent accidere qñ diu ſtetiſſent cooptæ in uaſe æreo, qm̃ habet naturã ualde uſtiuã, qđ oſtẽdit uinũ qñ ſtat per diẽ & noctẽ in eo, quia multũ nocet:& ꝓpterea tutius ſit nõ coopire, nec dimittere piſces coctos in locis prædictis:ne ꝓhibeat exhalatio uaporis, neue humiditate putreſcãt. Ego tñ diebus meis uidi multos comedentes illos infrigidatos, & nullũ ſenſerũt diſcrimen, niſi aliquando febrem ſolũ ex illis de ſtagnis/& lacunis: quia cõſtant ex humido multum obnoxio putredini. Iſti etiam conditi ſale/pipere/& aceto nõ nocent. Vtcunqꝫ tamen comedentes debent curari quando

poſt uomitum bibunt frequenter uinum odoriferum: & inquã tum ſubſtantia piſcium eſt groſſa, confert mirrha, & ut putrefacta & calida ſuccus citoniorum. Et quidam in principio dant terram ſigillatam: quia quando uiſcoſa/groſſa/& putrefacta nõ educuntur uomitu uel ſeceſſu, faciunt colicam, uel ſubet.

Cap.iiii.de melle/nucibus/& auellanis corruptis.

Dicitur ꝙ trahens anhelitu fumum/ſeu uaporem mellis corrupti cogitur ſternutare. cum enim ſit calidum/& ſiccum in ſecundo, addita ei caliditate putredinis fit adeo acutum ut petens uelamina cerebri non ſolum moueat ſternutamenta, ſed etiam diſtemperet naturam ſpirituum. cumq; anhelare ſit paſſio pulmonis, poteſt etiam inficere iſtum/& cor. Et quãdo ex labore diſſoluerenť humiditates, ſuccederet ſudor. Comeſtũ uero quando partes ſubtiles pelluntur ad uaſa urinæ: quia acutum/& calidũ faciũt ardorem, & aliquando ulcerãt. pars uero illius terrea ſi deſcẽdat ad inteſtina, mouet fluxum. ut enim mel in propria natura habet multas proprietates, pariter per corruptionem acquirit prauas & oppoſitas naturæ ſuæ.
Curantur autem cum ſy. de nenufare/& aqua bugloſſæ/agarico/& confortantibus cerebrum: & ad renes confert caſſia.
De nucibus etiam & auellanis corruptis dicitur ꝙ inferunt anguſtiam, quæ interdum augetur uſq; ad ſyncopim. Iſtæ tamẽ ſolent expelli uomitu. Eſto etiam ꝙ poſſint inferre dolorem in ſtomacho, & forſan febrem, nõ tñ eſt ueriſimile ꝙ faciant ſyncopim. Et ego uidi comedentes multas ſine tot laboribus. Eſſet etiam inſenſatus qui comederet corruptas: quia mutant ſaporem/& odorem. Aliquando tñ inducunt dolorem capitis etiam in illum, qui comederet recentes: quia continent quandã humiditatẽ indigeſtam. Vtcũq; tñ antidotũ dicitur eſſe diaciminum/uel uinum purum. Quæq; etiam putrefacta poſt uomitum curantur cum rob.pomoꝝ/uel ſy.de ribes. Arabes tamen magis curioſi dicũt ꝙ quando accidit iſtis eructuatio habens odorem lini putrefacti, eſt ſignum mortis.

Tract. vi. de partibus animalium venenoſis.

Cap. i. de felle Leopardi/Vipere/piſcis Canis,& cura.

SIue enim illud animal naſcatur ex leone & panthera/ſiue ex pardo & leena, eſt tamen calidiſſimum, quod ſuadent macu læ nigræ/& uelocitas motus illius: & eius fel ſuo calore urit hu mores, & multiplicat coleram: quæ quãdo diffunditur per cor pus, cõmittit icteritiam, & in ſtomacho cogit ebullire/& uertere humores in uiriditatem interficientem infra ſex horas: quia hæ rendo muſculis illius facit ſpaſmum. dicitur etiam ꝙ patiens per cipit aliquando ſaporem aloes, quod accidit quando fel diſtendi tur ſuper meri, quæ eſt uia, qua cibus ex ore tranſit ad ſtoma chum: cum enim illud fel ſit amarum, reputatur ſimile aloe: & quoniam ualde acutum: ideo Scythæ pugnando ungunt ſagit tas ex illo, ut celerius interficiant. Idem forte faceret gladius un ctus ſucco napelli:

Et pro cura quando datur tempus, capiãtur terræ ſigillatæ/bac carum lauri añ. pars una/ſeminis rutæ/mirrhæ añ. pars media coaguli gazelli partes quattuor conficiantur melle, & ſumatur de ea quantitas nucis. Mihi tamen uidetur ꝙ ſint potius dan da confortantia frigida, & ponendi in balneo aquæ odoriferæ, & curetur ut napellus.

Qui autem ſumpſit de felle uiperæ, debet ſæpe euomere cum butiro/& aqua ordei: & pro medicina ſumere mitridatũ: & loco cibi ſuccum carnis pullæ, & bibere bonum uinum limphatum: reliqua quære inferius in capĩo morſus draconis.

Sumens uero de felle piſcis uocati canis: & ſi uix poſſit curari, nec forte reperiri: debet tamen poſt uomitum medicari cum aqua/oleo roſato/& butiro.

Cap. ii . de ſanguine tauri / mulieris menſtruatæ cantaridibus / & curis .

SAnguis recēs tauri adeo cōſtringitur in ſtomacho, ut nullo ingenio poſſit educi uomitu . facit autē nauſeam, & ſua grauitate / & caliditate infert dolorem & anguſtiam : & quando cōprimit diaphragma difficultat anhelitum .
Curatur autem coagulo leporis, quia eſt acutius cæteris : & ratione groſſitiei confert aqua cum aceto / & ſale : quia ſubtiliat / & præparat deſcenſum .
Sanguis uero menſtruus, quem interdum exhibent meretrices cum aliis cibis facit apparere ſumentem ſtolidum . Curetur tñ cura leproſi : & recreetur gaudiis . & in potu ſumat .3. unā margaritarum tritarum cum aqua meliſſæ . & quidam temerarii putant ꝙ ſemen hominis ſit antidotum .
Cantarides uero calidæ inflāmant os / & membra per quæ trāſeūt uſq; ad pecten . & quia cōmunicat anchis, & iſtæ genibus ideo his omnibus inferunt dolorem . Cūq; credantur eſſe natura diureticæ : quando petunt uaſa urinæ, ſæpe ulcerant præſertim ueſicam , quod eſt periculoſum, tum quia eius tunicæ ſunt ſubtiles, tum quia maiorem moram trahunt in ea, & tunc exeūt aliquæ guttæ ſanguinis : & debent curari ut alia ulcera ipſius .
Et quando humores infecti accederent ad uirgam, faciunt apoſtema / & ad inteſtina fluxum ulceroſum / & ad præcordia syncopim . Et quando patientes eriguntur , longe magis uexantur , quia ſitus præbet eis maiorem additum ad illa loca .
Veteres autē utebantur iſtis ſolum in unguentis . Hodie uero abſcindunt eis pedes / & alas , & reſiduum dant in potionibus : & tamen illa duo reputantur antidotum reſidui corporis . Illæ autem quæ naſcuntur in ſpicis frumenti, ſunt minus ſuſpectæ : quæ tamen ſicut & aliæ debent ſuffocari fumo aceti . Et dato ꝙ terra ſigillata credatur eſſe iſtarum antidotum : uidi tamen Florentiæ ubi erant in uſu ꝙ portulaca / & oleum amigdalarū dulciū multū contulerunt . Dicitur poſtremo ꝙ ſumentes illas ſentiunt odorem picis naualis iſte cauſat̃ ex exuſtione humoꝝ .

Cap . iii . de cerebro Cati cauda cerui & cura.

DIcunt ꝙ comedens de cerebro maſculi fit ueluti amens / cũ enim ſit ualde ſiccum ſaltem reſpectiue/quãdo euaporat ad caput obſtruit meatus cerebri / & quando impedit trãſitum ſpirituum animalium ad uentriculum poſteriorẽ : quia tunc prohibetur memorari : ideo reputatur ſine mente.
Curatur autem dando bis in menſe . ʒ . unam terre ſigillate cum aqua Maiorane & cum cibis comedat aromatica ut recreentur ſpiritus & bibat uinum clarum/& cum eo aliquando ſumat mediã ʒ . diamuſci dulcis & forte ſufficit bonum regimen.
Cauda uero Cerui eſt breuis/quia natura tranſmiſit illic humorẽ aduſtum ne inficeretur reliquum corpus:nec incõuenit ꝙ alie partes corporis poſſint ſe compati cum illa/quia ſunt ueluti cõnaturalia. Dicunt igitur ꝙ comedentes de ea ſentiunt triſtitiam & merorẽ/& quando calor & ſpiritus mortificantur cadunt in Sincopim Cura eſt butirum/& anetũ/& comedant ſepe de confectione facta ex Auellanis & feſticis cum zeucharo . Et pro Antidoto ſumat oculum illius/uel alterius Cerui.

Tract. vii. de plantis et partibus ipſarũ reputatis uenenoſis.

Cap . i . de Scamonea Squilla agreſti Mezereon & curis.

SCamonea reputatur uenenoſa & non eſt . Nam licet ſumpta ultra doſim faciat febrẽ in tenſan illud eſt ratione caliditatis/ quarti gradus ꝙ uertit calorẽ naturalẽ ĩ igneũ/et qñ eius calor inꝑmit͛ mẽbris ſolidis attenuat & reſoluit ea/& facit ſitim inextinguibilẽ . Et quando deſcendit ad inteſtina mouet fluxũ cui niſi mox ſuccurratur cum aqua ordei & adipe Renum Capre per inferius & cum iuleb roſato & aqua plãtaginis ꝑ ſuperius / infra tres dies

egeritur ſanguis. Aqua tamen calida Citonia & Mirabolani ſumpta cito expellunt illam.

Squilla agreſtis & ſi forte non tranſcendat tertium gradum caliditatis/quia tamen non eſt ſuffocata in ſubiecto : ſed adunata in ſuperficie/ideo ulcerat loca per que tranſit. Aduerſatur tamen uenenis/quia cum ſua acutie diuidit illa/prohibet etiam ne hereant tunicis. Curatur autẽ qui ſumit de ea quantitatem notabilem cum oleo aceto & uino/uel potius prouocato uomitu cum aqua calida & oleo dulci/& poſtea ſumat uitellũ oui elixatum in aceto & de ſemine portulace.

Mezereon uero ſeu laureola & Cocognidium eius ſpecies habẽt lac adeo calidum & acutum/ut interdum ſoluat continuitatẽ mẽbrorum. Et quia ſepe cor & ſpiritus compatiuntur : ideo ſuccedit ſincopis. Et quando ex ſupercalefactionẽ multiplicatur colera ſi accedit ad cerebrum tingit oculos/ & ſi tunc anhelitus perciperetur frigidus ſignificat reſolutionem caloris naturalis & phreneſis ſuperueniens mortẽ. Debet tamen curari cura calidorum & pro antidoto mezereon dari origanũ aſſatum. Cocognidii uero ſunt amigdale amare.

Cap. ii. de Staphiagria Euforbio & Cura.

ILla calida & ſicca in tertio / & ſi expellat & reſoluat humores calidos & ſubtiles/aliter non ſanaret morpheã/quia tamẽ ſepe defert ſecũ illos ad renes : ideo facit ardorem urine. & quando ſunt magis acuti, ulcerant ueſſicam/& prohibent exitum illius. Et q̃uis uocetur pedicularia/quia interficit pediculos. Non tamẽ illum uulturis : qui eſt adeo calidus & ſiccus/ ut morſus eius prope aurem tollat auditum/quia exiccat tẽperiem & reſoluit ſpiritus in eius organo. Et Nocumenta iſtius morſus tollũtur cum aqua ordei portulace ſemperuiue & lacte Capre nouiter emulſo : Incẽdium uero loci tollitur aqua Solatri/ & elixatura tamariſci.

Accidẽtia uero inducta a ſaphiagria curãtur aqua pura & labore & quando non ſufficerent/ut cetera calida.

Euforbium caliditate et ſiccitate creditur excedere omnia fere gña

gūmorum : ideo ſumptum facit magnā anguſtiam & dolorem: que quando cōmunicantur toti corpori perducit ad mortem. In terdum tamen humores ſubtiles expelluntur uomitu/groſſi uero et graues ſeceſſu.
Solet autem Curari aqua butiro crudo et iuleb.roſato/ac etiā ſucco granatorū. Et epar debet epitimari frigidis et emplaſtrari ſandalis/ſimiliter cor cum illis que confortant et extingunt inflāmationem. Et quidam putant ꝙ coagulum eduli ſit uerum antidotum/et aliqui dant reſidentiam croci cum oleo Amigdalarū Siſſamino/uel roſato. Licet enim Crocus ſit calidus /roborat tamē Epar, et ſtomacū/et ſumptus cum uino letificat/et facit riſum. Signum uero ꝙ ſit ſolutiuus patet/quia iuuat exitum fetus ex utero.

Cap. iii. de Ruta agreſti/Titimallo/et Curis.

ILla calida et ſicca in quarto alterat et inficit humores / quorum uapores leues eleuati ad Cerebrum pars extenſa ad oculos cogit eos eminere/in faciem uero inducit maculas rubeas/qa ſanguis inflāmatur. Et quando cum ſua caliditate exiccat lacertos pectoris/aut diaphragma impedit anhelare. Curātur autem nocumenta iſtius ſicut cetera multum calida. Domeſtica uero opponitur uenenis calidis et frigidis/et ſolet plantari in ortis/quia botraces ſepe latent ſub radicibus plantarum et illas corrodūt/et cū ſaluia inficiunt herbas. Et quoniā ualde diligunt et delectātur ſub umbra ſaluie : ideo debet plantari iuxta eam/iſte tamen ſicut & ſtelliones fugiunt loca in quibus reperitur Coloquintida / uel Crocus. Et melior ruta eſt que nutritur ſecus arborem ficus/ qa iuuatur eius humiditate.
Titimalus ualde acutus facit dolorem uentris/& quando natura pellit humores calefactos ab eo ad inteſtina mouet fluxum/leues uero & indigeſti uomitum / inuiſcati autē in tunicis ſtomachi cōmittunt ſingultum. Et quāuis iſta herba reputetur in caliditate ſimilis mezereon non eſt ſic / patet quia iſte facit accidentia longe deteriora. Ambo tamē curantur Cura calidorū & uenter debet liniri cū Mirabolanis uiolis prunis & polipodio : Caſſia Aga

rico/ & ſimilibus cuius Antidotum ſunt quattuor grana Mumie cum decoctione fructuum Tribulorum aquaticorum/ quia extinguunt inflãmationes.
De ſeminibus uero tribulorũ terrenorũ dicunt ꝙ ſiquis ſumat.3. unã cũ uino curat͛ ab oĩ ueneno & tuetur a morſibus uenenoſis preſertim Thiri & frangunt lapidem renum/ dicitur tamen ꝙ in prouincia Tracie herba illorum eſt cibus animalium & ſemina hominum.
Mumia calida in tertio/& ſicca in primo ſm multos reperitur in ſepulchris Babilonie in quibus corpa cõdiuntur balſamo mirra et Aloe: unde conſtat ex gũma que exit ex illis corporibus. Et qñ de ea ſũmitur pondus unius kyrat cum uino puro medetur pũctuꝛis Scorpionis & cum butiro ſanat ulcera &c.

Tract. viii. de plantis manifeſte venenoſis.

Cap. i. de Napello & eius Cura.

Iſta herba eſt calida & ſicca in quarto & ratione ſtipticitatis habet radicem contextam admodum rethis. Et ſiue ſit una ex ſpeciebus Aconiti/ſiue non/ſiue etiam/ ut dicunt linita deleat Albaras & conferat Lepre. Eſt tamẽ adeo pernitioſa/ ut eius ſuccus rumpat uaſa in quibus reponitur & q̃ primum ingreditur os inflammat labia et linguam. Et quando uapores humorũ quos inficit petũt caput fugant ſpiritus animales/qui poſiti in motu cauſant uertiginem/qua uidetur patienti omnia ante conſpectũ moueri in circulum/& quando aliqua pars/ſeu humor motus ab ea obſtrueret poros/uel meatus uentriculorum cerebri cauſaret epilenſiam qua perditur ſenſus & motus/ & quia tunc ſpiritus ſenſibiles & motiui prohibentur expandi. Cumq; ex perturbatione partim reſoluãtur partim prohibeantur ſubminiſtrare uiribus anime & cordi/inde ſuccedunt Sincopes & defectus/& cum accidẽtia continuantur mors.

Et quãuis iſti ſint curandi / ut cetera ualde calida. Arabes tamen dant unam . 3 . cõfectionis diamuſci cum Galbano & Thure / & alii Tyriacã magnã / quia tñ eſt multũ calida : ideo alii dant uinũ & mel. Radices uero Capparis reputantur antidotum. Et alii iterato uomitu cum aqua ſimplici butiro & terra ſigillata dant po ſtea octo grana Smaragdi triti cum uino / puto tamen ꝙ multũ conferat cõtinue epitimare cor cũ ſpiciebus frigidis in principio & in proceſſu cum temperatis & in cibis ponere cordialia. Et ꝙ dicitur ꝙ animal paruum reperitur in eius radice ſit antidotũ / non puto uerũ / nec hactenus fuit expertum.

Illi autem qui euadunt ſepe cadunt in Thyſim & maciem / quia impeditur nutritio / & quãdo cõtingat ꝙ aliqua portio illius deſcẽ dat ad uentrem terminatur uita fluxu / uel tenaſmone.

Cap. ii. de Anacardo / Oleandro / & Curis.

Anacardus ſimiliter habet ſuccum calidum & ſiccũ in quar to / eſt enim adeo acutus / ut corrũpat carnẽ uipere. Et quo niam urit & putrefacit humores : ideo cauſat febrem. Et quan do fumi iſtorum petunt uentriculos / cerebri ſpiritus animales in ficiuntur illa praua qualitate : et adeo perturbantur ut extenſi ad memoriam patiens efficitur amens. Et quando caliditas cõmu nicatur inteſtinis exciccatur feces in eis. Et ſumens de eo ultra . 3 . moritur breui tẽpore. Antidotum iſtius dicitur eſſe lac Camele & mirabolani & ſm alios grana pini torrefacta. Et quando pſilium infunditur in aqua / donec egrediatur mucilago due . 3 . iſtius cum zuccaro albo & iuleb. creduntur liberare / tutius tamen eſt infun dere ſemina q̃ corticem propter periculum medulle. Nec obſtat ꝙ Anacardus ingrediatur confectionẽ conferentẽ ad memoriam: quia reſtringitur eius uenenum ab oleo nucum / & aliis quibus miſcetur / ſumitur etiam in doſi adeo parua / ut non poſſit niſi re ſoluere humiditatẽ extraneã / que prius obſtruebat meatus illius. Oleander / ſeu potius eius flores & fructus calidi in tertio & ſicci in ſecundo / ſimiliter exurunt & faciunt anguſtiam / nec mirum ꝙ aliquod minus calidum / aliquando citius & manifeſtius calefaciat

albi/& aliqñ rubei/uel fuſci, ut uocati porcini, dũmõ colligant̃ ex terra bona. Mali uero habẽt colorẽ liuidũ opacũ/uel nigrũ/& ſubſtantiã laxã: & ſæpe naſcunt̃ iuxta ſterquilinia: & uenenoſi ppe cauernas ſeu foramina aĩaliũ uenenoſorꝫ/aut arborꝫ habẽtiũ prauas qualitates, & ppe oliuã, reputãtur mali, cum .n. habeat attractiuã fortẽ, ſugit circũquaqꝫ quequid põt cedere loco nutrimẽti: corrupta uero uel apta inficere, expellit, ex quibus poſtea illi gñant̃. Tubera ſimiliter uocata tartoclea, quæ ſunt ueluti radices abſqꝫ ſtipite diſtinguunt̃ a prædictis colore/figura/& modo ſubſtãtiæ: nec ſunt adeo frigida/& humida: & meliora habent medullã ſolidã & albã: & naſcunt̃ in locis ſolitis pducere incolumia, & p̄cipue arenoſis. Et iſtorũ ſola quantitas ſolet nocere: quæ uero habẽt medullã tendentẽ ad opacitatẽ, ſunt humidiora. Cupiens autem comedere fungos, debet eos ſæpe lauare aqua calida, & coquere cum piris inciſis oleo/ſale/& alliis: & pro ſecuritate intingere in decoctiõe illorũ bucellã panis, quæ data cani ſi conturbetur, ſunt uitandi, al's comedendi cum modico pipere. Mali aũt ratione partis groſſæ/& terreæ faciunt uentũ in ſtomacho/& in inteſtinis tumorẽ, & inepte obſtruendo prohibẽt tranſitum coleræ ad chiſtim fellis: & qñ uapor eorũ impartitur pectori coartando, impedit anhelitum. Sudor aũt ſuccedit copia illorũ, qui cũ petunt cerebrũ, qñ extenduntur ad oculos, faciũt eos tenebroſos, qđ eſt ſignũ mortis, qa phibẽt expãſionẽ ſpũũ. Curantur aũt poſt uomitũ cũ ſucco mentaſtri/& rafani/ſeu corticibus radicis iſtius/aut uino antiquo, addito ei pauco diacimino uel loco iſtius parũ de ſemine ſynapis, qđ creditur efficax: & in terea phibeatur a ſõno pluſq̃ deceat: p̄dicta tñ diſcrimina aliqñ nõ manifeſtant̃ niſi poſt quartũdecimũ uel uigeſimũ diẽ: quia natura illorum groſſa & terrea mouet̃ tarde, & reſiſtẽtia nõ eſt æqualis in omnibus.

Cap. ii. de oppio/& cura.

ISTud eſt ſuccus ſeu gumma. & quamuis dicant ꝙ ſit frigidum/& ſiccum in quarto, non tamen creditur ꝙ habeat tantam ſiccitatem. conſtat enim ꝙ colligitur de mane dum Ros eſt ſuper plantas, tunc enim fiunt ſciſſuræ cum cultello ſub

tiles & ſuperficiales, ne cortex transfigatur, & ſuccum ſeu gummam exeuntem reponunt in uaſe mundo in forma trociſcorum quam reſeruant pro oppio. Et alii exprimunt folia / & capita illius, & expreſſum ſeruant pro eodem. iſta uero non arguunt tantam ſiccitatem. Et eſto ꝙ ratione frigiditatis ſtupefaciat / & congelet ſanguinem / & humores, frequenter tamen facit magnum ſomnum: qui niſi ab humiditate obſtruente ſenſum cõmunem, accidere poteſt: patet in pueris. Si dicas ꝙ patiens aliquando uidetur immobilis: & ſi iſtud poſſit cauſari a frigiditate congelante: poteſt tamen eſſe in cauſa humiditas: quia etiã iſta quãdo eſt multa, prohibet expãſionem caloris. nã & ſubet non committitur ſine humiditate. Si deniq; non eſſet humidũ, non euaporaret: & tñ conſtat ꝙ eius uapores inuiſcant muſculis gutturis, & prohibent ſermonẽ. non dico ꝙ frigiditas non præualeat, quia oculi profundantur, quando ligamenta ipſoꝝ contrahuntur ab ea: & qñ ipſa reſtringit ſpiritus in corde, interficit. Iſta tñ diſcrimina nõ ſuccedũt ſemper: cũ enim ſit ponderoſum, non eſt aptũ aſcendere: ſignum eſt, quia qui ſumpſit illud, ſentit frigus in pedibus, qui longius diſtant a corde: & in iſto quando ſpiritus ſunt obſeſſi, non ſuccurrũt digeſtioni.. & qui ſumit de eo quartã partẽ unciæ, nerui eius coartãtur, ſuccedit ſpaſmus: & citius quando ſumitur cum pauco uino, quia præbet aditum.
Curantur autem poſt uomitum artemiſia ſumpta cum uino: & ꝓfunditas ſomni cliſteriis acutis: & pro antidoto datur caſtoreũ uel aureũ unũ aſſæ fætidæ cum modico tiriacæ: de qua etiam dicitur ꝙ mixta oleo ſanat ulcera ſagittæ uenenatæ. fætor uero utriuſq; ſpeciei aſſæ cauſat a quodam uapore diffuſo in diuerſis partibus ſuæ ſubſtantiæ, & forte ſuper totam: quia quanto magis piſtatur plus ſentitur. Et alii putant ꝙ diptamus ſumptus cum rob. citoniorum curet oppium.

Cap. iii. de mandragora, & cura.

ISta credit cõtinere frigiditatẽ tertii gradus: & forte maiorem & unitam aliquali humiditati. nam elixata cũ ebore per ſex

horas remollit eũ: naſcit etiã in locis umbroſis. ratione tñ ſuæ frigiditatis cõgelat uapores in cerebro: & humiditatis facit ſõnũ grauem: quia obſtruit partem anteriorem, in qua locatur ſenſus cõmunis. illa tñ ſpecies, quæ uocat marbus, nõ reputatur adeo pernitioſa & correcta ſm artẽ dicitur curare nocumẽtũ ſolatri. poſſet forte uerificari de illa ſpecie, quæ eſt domeſtica, & habet folia ſimilia ozimi, quæ eſt comeſtibilis: de alia uero non eſt cre dibile. Vtcunqꝫ tamen mandragora facit ſubet & aliquando li targiam, & ultra .3. interficit. Quando uero eius radix conte ritur & miſcetur oleo/& melli dicitur conferre morſibus uene noſis, & ſedare dolores podagricos. Et chirurgici dicunt eſſe ex pertos ꝙ etiam eius radices ſunt humidæ. nam quando uolũt incidere aliquod membrum ſine ſpaſmo, capiunt tres magnas quas ponunt in amphora uini: & poſtquam ſteterint in eo dãt de illis uel altera illarũ quãtitatem trium anuluſat hoc eſt unius ſcrupuli cum dimidio, & non ultra iſtam quantitatem: quia fa ceret apoplexiam. dicunt etiam ꝙ uinum in quo ſteterunt, ſuc currit inſtantiis uigiliarum. Rubor qui aliquando apparet in oculis & facie ſumentis cauſatur ex motu ſanguinis refugiẽtis ad membra extrinſeca. & ueteres ponebant iſtos in aqua frigida ad reuniendũ illum cum ſpiritibus/& naturali calore. Curant autem quando poſt uomitum datur eis butirum/&mel/ſeu po tius uinum, in quo ſit diſſolutum caſtoreum: dummodo iſtud non ſit adulteratum cum oppoponaco: quod cognoſcitur, quia tunc color tendit ad nigredinem. Dicitur deniqꝫ ꝙ ra dix mandragoræ procurat amorẽ, quod forte accidit, quia maſ cula habet ſimilitudinem formæ humanæ.

Cap. iiii. de rana uiridi/& cura.

VEnter deglutientis iſtam tumet, & oculi obſcurantur: ſed non facit ardorem/nec fluxum/nec uomitum: quia fri giditas potius immobilitat. & cum dicunt ꝙ cadunt dentes, poſſet accidere quando ligamenta ipſorum putreſcerent: quod fieri non poſſet: niſi tempore longo: & forſan prius in

terſiceret. nec, ut aiunt, ſumens ſtatim fætet: quia humores non putreſcunt adeo cito. nec inuenio quæ ſit illa rana, quæ cõmittit tot diſcrimina. nã quæ degunt in aquis comeduntur fere ab omnibus. Et tamen dicunt ꝙ ſumens ſanguinem degentiũ in paludibus, emittit ſemen uſqꝫ ad mortem. Eſt etiam compertum ꝙ iſtæ coctæ cum oleo & ſale, ſunt remedium contra uermes uenenoſos/& lepram. & earum elixatura cõfert dolori dentium. & ſm aliquos iecur illarum eſt antidotum omnibus uenenis. Nec eſt uerum ꝙ aliquæ uiuant & uociferent in corporibus noſtris: quoniam rumor ſiquis audiretur, accideret potius ex groſſa uentoſitate. uermes enim in nobis non uiuerent, ſi intrarent aliunde. ſed quoniam aliquæ degunt in uepribus uel rubis, & aliquando in arundinibus/& fruticibus, poſſent forte prædicta uerificari de aliqua iſtarum, uel de illis quæ cadunt tẽpore pluuiæ. Vtcunqꝫ tamen ſanguis teſtudinis marinæ ſumptus cum uino/& coagulo leporis/addito cimino medetur illis qui biberunt ranulas uenenoſas. Coagula enim ratione caliditatis ſuperinductæ conueniunt omnibus fere uenenis frigidis.

Cap. v. de iuſquiamo/& cura.

DVæ ſpecies iſtius ſunt frigidæ/& ſiccæ in fine tertii. Prima habet ſemen nigrum cum cortice ſpinoſo. alia album/& florem mellinum: & utraqꝫ eſt pernitioſa. ſtupefaciunt enim membra illius, qui ſumit de aliqua iſtarum, & incurrit amentiã quando uapor eius extenderetur ad memoriam. non ſic tertia ſpecies, quæ eſt rubea/& mollis/& habet partes plenas humiditate: cnm qua facit aliquãdo ſomnum: & contuſa cum foliis defendit a morſu aſpidis &c. Accidentia autem illarum duarum ſunt epileuſia cauſata quãdo uapores earum frigidi ſpiſſantur in cerebro: quia tunc obſtruuntur meatus/& uiæ per quas tranſeunt ſpiritus: & quando iſti/& uires ſenſitiuæ impediuntur/uel moleſtantur, ſuccedit freneſis, non autem uertigo: quoniam frigiditas/& ſiccitas impediunt motum. Cum uero trahit morã in ore, ſtupefacit neruos linguæ: facies/& oculi interdum fiunt

rubei, quando ſanguis refugit uapores infectos: propulſi uero ad cutem, qñ non poſſunt expelli ſudore, faciunt in ea pruritũ/ uel ſcabiem. Et iſta ſolet curari fumo tertiæ ſpeciei, præſertim in manibus & brachiis, dummodo prius ſteterint in aqua deco ctionis maluæ. Nocumenta uero omnium ſpecierum curantur uomitu cum aqua mellis/butiro/& ſale. Et quidam dant eis lac bubulæ/uel aſinæ. Dicitur tñ ꝙ oleum de lateribus medet omnibus uenenis frigidis. confert etiam tiriaca cum uino/& reliqua dicta in cura frigidorum.

Cap. vi. de Pſilio/Coriandro, & curis.

PSilium frigidum in ſecũdo/uel tertio/reputatur etiã ſiccũ, ab aliis uero tẽperatum in paſſiuis: eius tamen medulla dicitur eſſe calida & ſicca in quarto. non ſic cortex: nam quando conquaſſatur cum aqua fontis, & ſumitur cum ſy. uiolato, ſoluit coleram, & linit pectus. Veteres tñ deuitabãt ipſum ꝑpter timorẽ medullæ, quæ urit & ulcerat. Sumens uero ultra doſim de foliis/ſucco/uel ſemine illius, poſſet mori, quando obſtruerentur meatus: quia tunc prohiberetur ſpiritibus/& calori naturali acceſſus ad membra nutribilia, & interdum ad extrinſeca, patet, quando remanent ſtupida. Semina uero eorũ & ſi ſint parua, tamen in infuſione aquæ ſedant ſitim, & ſoluunt uentrem: & quando ſunt aſſata reſtringunt eũ. Et licet idem fere faciat ſemen marubii/lini portulacæ/&c. duæ tñ .3. de illo infuſæ in aqua, donec egrediatur mucilago, ſumptæ cum iuleb curant aduſtiones/& inflammationes. aliquando tamen coartant neruos. Debent autem curari melle/& aqua aneti. & quando ſuccederent ſincopis/& tremor cordis, ſuccurratur cum diambra/& electuario de gemmis/uel diamuſco.

Coriandrum eſt frigidum in fine primi/& ſiccum in ſecundo. Et alii putant calidum, tum propter eius ſubſtantiam ſubtilem cito reſolubilem, tum quia in ſapore percipitur amaritudo, quæ a calore ut plurimum cauſatur. quia tamen ſumptum cum ſucco plantaginis reſtringit fluxum ſanguinis, ideo creditur ſiccũ.

Nam quando fœmina bibit unũ granũ ſeminis eius, differunt eius menſtrua uno die, & tot diebus quot ſumpſerit grana: quæ ſi eſſent uera, niſi a ſiccitate & frigiditate accidere poſſent. Dat autem epilenticis, ut prohibeat aſcenſum uaporum ad caput: & emplaſtratũ cum melle prohibet erectionem uirgæ: non ut aiũt eo ꝙ reſoluat ſemen: quia mel non eſt tantæ caliditatis, ſed quia repellit ſpiritus ſubſeruientes generationi. ꝙ uero coriandrũ ſit in ſe frigidũ, & ſiccum: patet: quia eius aqua occidit uermes extinguendo ipſorum calorem. & propter iſtas uarietates aliqui putant ꝙ facit unum per ſe, & aliud per accidens, uel forte quia habet partes in quibus ſunt diſtinctæ uirtutes. Sumens autẽ de eo quando eſt recens mediã unciam, moritur: quia frigiditas non eſt in eo oppreſſa: & minor quantitas facit ſtuporẽ, uel ſubet. color uero faciei eſt aliquãdo citrinus quãdo opilatur kiſtis fellis: quia tunc colera prohibetur tranſire ad ipſum. Et quãdo calor, & ſpiritus non poſſunt deferri p corpus, eſt ſignũ mortis. Curatur autem uomitu ex aqua mellis, uel decoctionis aneti, & debet nutriri brodio pingui gallinæ, & ouis ſorbilibus cũ ſale & modico piperis, & dari in potu uinũ purũ & aliquid uincetoxici.

Cap. viii. de nuce metel, cicuta, ſolatro, & curis.

De iſta nuce dicitur ꝙ ſumens unum kirat cum uino inebriat, & duo interficiũt opilando: quia eſt frigida in quarto: non dico ꝙ aliæ ſpecies nucum ſint frigidæ, patet de auellana & de indica: iſta eſt calida in ſecundo, & humida in primo. Et licet credant ꝙ eius oleum poſſit conferre neruis, & lenire pulmonem: experientia tamen nocet colericis. Et ne accidat equiuocatio, nux uomica eſt fructus ſecundæ ſpeciei titimalli: & nux tamariſci eſt fructus huius arboris. Succurritur autem ſumẽti de nuce metel cum butiro, & uino calido, ſulphure, & ouo ſorbili, & aliis dictis in cura frigidorum.

Cicuta eſt frigida in quarto, non tñ ſicca in eodem: præſertim quæ naſcitur in aquis. aliter non faceret ſomnum profundum. nec durities pulſus reperta in ſumente cauſatur a ſiccitate, ſed a

frigiditate indurante/patet quia uix poteſt moueri. Et interdum reſtringit anelitū/uel obtundit inſtrumenta illius/& ſenſuū/& quādo accidentia intēduntur ſucedit mors.
Cura eſt bibere ſepe uinum rubeum calidum/& ingredi balneū olei/& poſtea ſumat elixaturā origani: & pro antidoto.3.una cum dimidio tiriace diſſolute in decoctione diptami/uel tantun-dem gentiane trite cum uino.
Solatrum quod alio nomine uocatur uua uulpis/eſt etiam frigidum in tertio: plus tamen ſtipticum q̄ alia herba. Sed ſpecies eius domeſtica habens folia ſimilia illis ozimi eſt comeſtibilis. Sumentes uero de granis/aut cortice radicis illius primæ unciam mediam moriunt. Et infra doſim ſtupefacit adeo uires ſenſitiuas ut homo uideatur amens/permutat etiam colorem corporis/q͞a mortificat ſpiritus herendo/uero ſtomaco tollit ab eo ſenſum & uini digerendi/& ut plurimū interimit.
Lac uero bubule creditur curare/tam iſtum/q̄ illum qui ſumpſit Cicutam. Et quidam putant ꝙ folia parua iſtius ſint antidotum: quod eſt periculoſum: ideo potius debet curari/ut alia frigida & ſicca.

Cap. viii: de aquis infectis & cura.

ISta poteſt inficere/quando eſt permixta rebus aduerſantibus ſue nature que eſt/ut ſit clara/leuis/& priuata malo ſapore. Infecta uero cognoſcitur quando cū ea miſcetur lixiuiū/quia ſeparat ab ea omnem mixturam quā pellit ad fundum/in quo appa-ret reſidentia. Dicitur autem ꝙ calida in eſtate arguit permixtionem uaporis extranei quod eſt poſſibile/quando tales uapores eſſent ſubterranei/uel infecti ab aere. Ex ſe tamen poteſt ſolum inſici i mineris per quas tranſit: Pura uero poteſt nocere pro quāto eſt frigida in quarto: ſed quia uix reperitur/ideo potius nocet quantitas.
Allium autem comeſtum preſeruat anocumētis aquarꝫ. Et eſto quod quantitas infirmet & maculet ſanguinem: ſuccurrit tamē uenenis aquarum. Et iter agentes utuntur eo quando uadunt ad

aerem frigidum / & ſolet reputari tyriaca ruſticorum & uermes peſtiferi fugiunt odorem illius: Et medetur puncturis ipſorum & morſibus ſerpentum & cum uino defendit ab illo canis rabidi. Et emplaſtrum ex eo & foliis ficus cum Cymino curat morſus Mugali quod creditur eſſe animal uenenoſum ſimile muri.
Cepe etiam comeſtum cum aceto generat quandã humiditatem frangentem acutiem & maliciam uenenorum / ex ſe tamen ſicut & Allium ledit corpora calida & temperata preſertim cruda/quia quãtitas excedens inflammat humores. Nec mirum quoniam etiam uinum quando exuberat poteſt diſtẽperare/ſeu infrigidare cerebrum obtundendo calorem naturalem in eo. Curantur autem aque infecte cura putrefactorum iam dicta.

Liber.iii.de morſibus venenoſis.

Tract.i.de preſeruatione ab eis.

Cap.i.de preſupponendis pro notitia.

OStenſuri modum quo quiſq̃ poſſit ſe tueri quomodo uel ex accidentibus cognoſci & curari pro noticia eſt ad uertendum q̃ Criſes non fiunt in iſtis / ut in aliis egritudinibus:in quibus natura ſepe preparat & reſeruat hũores unice expulſioni quã Medici tribuunt diebus creticis: Alii uero motui lune/puta ſi perturbarentur/uel debilitarentur uires corporis / ſeu ſi homo incipit egrotare ipſa exiſtente in aliquo ſigno zodiaci/ut ariete calido & ſicco/quando poſtea peruenit ad ſignum oppoſite preſertim in ambabus qualitatibus/uidelicet ad cancerum frigidum & humidum: eger tunc fortificat̃/& uires facte robuſte corrigunt/ uel expellũt humores noxios non ſic in uenenis & precipue morſibus/in quibus licet natura poſſit fortificari/ non tamẽ uirus uenenoſum poteſt extrahi ex ulcere niſi paulatim.
Credunt etiam quod in omnibus egritudinibus quando humo-

res deſtituũt a regimine nature ꝙ tunc ex ordine uniuerſi ſubiician tur alicui planete/puta phlegma lune mouenti de die in diẽ. Co lera marti de tertio in tertium. Melancolica Saturno de quarto in quartum &c.

Verum & ſi forte poſſet concedi ꝙ pro quãto corpora noſtra cõ ſtant ex elementis pendeant ex quatuor triplicitatibus zodiaci in quibus planete habent diuerſa dominia/ non tamen eſt neceſſe: nec poſſibile: ut humores ſubtrahantur in totum a regimine ui- rium naturalium/quia ſequeretur mors. Si enim dum uiuimus nutrimur/ iſtud fit q̃diu uires ſubminiſtrantes in re nutrimẽti tra hunt conueniens / & expellunt quod non eſt de earum intentiõe que/ operatio terminatur ſimul cũ uita. Si enim illi planete poſ- ſent ſuplere opatiões quibus indiuidua humana/uel animalia pfe- ćta tuentur & uiuũt tunc actio uniuoca nõ differret ab equiuoca: Cum etiam medici dicunt ꝙ ex accidentibus ſeuis peruenitur ad permixtionem rationis non intelligitur ꝙ iſtud competat intel- lectui ex ſe/ſed ex defectu ſenſus quando aberrant ĩpeditis organo medio/ uel inſtrumento/tunc enim operantur diminute/uel cor- rupte: quia non poſſunt ſubminiſtrare intellectui ſĩ itudines rerũ De leſione organi patet in freneticis/ & de illa medii quando ba- culus in aqua uidetur maior / quia per angulos/ ſeu lineas refra- ctas ab illa que eſt denſior aere. Et de leſione inſtrumenti quan- do ſpiritus animales fiunt tenebroſi. Dum tamen non leditur me moria/intellectus poteſt corrigere errores.

Et quando dicunt ꝙ ex nocumento illato cordi ex morſu uene- nato ſuccedunt tremores. Sincopes / ſeu defectus &c. Cauſa in iſtis non eſt ſolum ex eo ꝙ uenenum tendat ad cor/uel dirigatur ad illud ab alio/quia idẽ poſſet accidere quando calor & ſpiritus quãprimum ſentiunt leſionem ueneni obuiant ei, & qñ non poſ- ſunt illud expellere: retrahunt ſe tunc ad prohibitã expanſionem eorum/uel quando fumus ueneni dilatatur & occupat ex illa re- tractione poſſunt ſequi Sincopes & accidentia p̃dicta.

Spaſmus etiam non ſolum poteſt cõmitti a ueneno & morſibus Sed etiam ab humoribus ſolis: quoniã multi poſſunt coartare neruos & inbibi in ſubſtantiis ipſorum / & aliquando nocere cũ

ſola qualitate: patet qn̄ caliditas apropinquat Corio / uel mem-
brane: Primus uocatur de repletione: Secūdus de inanitione. Et
in propoſito: ambo poſſunt coincidere: puta quando dolor pun-
cture / uel morſi traheret ad locum multos humores / uel quando
qualitas praua reſolueret humiditatem ſubſtantificam alicuius
mēbri. Sed tamen deſcendamus ad preſeruationem.

Cap. ii. de tuenda domo:

Aiunt ꝙ ſi ſuſpendatur ſuper limen domus: Squilla integra
defendit a cunctis animalibus uenenoſis. Cum enim ſit ca
lida in quarto: & habeat uaporem ualde acutū: percipitur enim
a longe cum quo abſqꝫ noua plantatiōe producit Germina: ideo
cū iſtis: poteſt etiam expellere animalia uenenoſa.
Magis tamen expertum eſt ſuſpendere radicem prime ſpeciei Ar-
themiſie appellatam Lentofilos: quia non ſolum prohibet acceſ-
ſum illorum: ſed etiam diuertit oculos malos quibus dicunt cō
mitti faſcinationes / & ſtrata ſuper lectum facit dormiētes ſecuros:
& quando diu ſtetit in muſto eius uinum aduerſatur omni ue-
neno. Et iter agentes ferentes ſecum illam non ſentiunt dolorē
itineris: uidetur enim continere in ſe temperiem propinquā uite:
Confert etiā ponere in partibus domus cinerē ligni pini: iunipe-
rus etiā & laurus ſtrati ualde tuenť. Et frondes / & rami polii mon
tani fugant queqꝫ reptilia uenenoſa. Corium arietis appellatum
Geldaceb. creditur excludere omnes ſerpentes ſimiliter / & Coriū
leopardi ſuper lecto. Pauones etiam / & Cigni timentur ab ani-
malibus uenenoſis. Et multi putant ꝙ quando pes dexter Cer-
ui / uel eius caput infigitur in porta domus ſit ſecura ab eis. Et
queqꝫ animalia peſtifera fugiunt fumum uſtum ex cornu & aſ-
palto & magis illum nigelle / & granorum iuniperi: & Galbani:
Et fumus ſerpentarie / Storacis / Calamenti / Cupreſſi / & pilorū
capre fugant omnia. Et fumus Ariſtologie reputatur ſoluere in-
cantationes / & eius puluis corrodit ulcera morſorum a uipera / &
carnem fiſtule: Idem dicūt de fumo Siſimbrii agnicaſti / & ozimi
Et quando fit ex policaria maioris ſpeciei: que habet grauē odorē

expellit uiperas & ſerpentes: & quoniã ualde diligunt uinũ: ideo quando ponitur ante cauernas ipſorũ exeunt percepto odore: & tunc poſſunt interfici cum ſagittis/uinum tamen remanet uenenoſum propter ſaliuam relictam in eo.

Cap: iii: de tuentibus homines.

QVi ſe unxerit ex medulla Cerui/aut radice dragõtee: ſeu Colubrine eſt tutus ab illis. Et meſſores defatigati comedunt Serpillum: quia executit timorem. Et de ſanguinem tauri dicunt ꝙ ſolo tactu occidit ſerpentes: idem de cornu eius portato. Et ſm multos in arbore fraxini eſt tanta uis/ut nullus ſerpẽs uelit ingredi umbrã illius: & ſi folia eſſent in uno loco: & in alio ignis/potius fugiunt in ignem. Et coopertus cum pelle Cerui eſt tutus. Et ferens ſecum Gagatem nõ leditur morſibus/ & captat bñuolentiam. Similiter lapidem ſerpentis Adeps leonis calidior ceteris fugat omnes ſerpentes. Cicuta uero frigidiſſima creditur fugare uiperas Sanguis galli ſumptus cum uino facit homines tutos a morſibus omnium reptilium/quod eſt poſſibile: quia etiã creditur ꝙ leo timeat gallum album: & multo plus Catum/qa terretur ab eo uiuo/& mortuo. Qui tamen fert in ſubacella oculum Leonis: omnes beſtie/& belue fugiunt illum: idem aſſerũt de magnete ligato brachio ſiniſtro. Et deniq̃ uitis alba: quam etiam uocant Brioniã portata deterret ſerpentes/& emplaſtrata curat morſum Thiri/& Cancrum/& ulcera fraudulenta Cum uino ſedat panaritium: quod etiam creditur curari emplaſtro ramuſculorum Sambuci. Peonia ſeu eius ſemen ſanat faſcinatos: & ſuſpẽſa collo pueri: tuetur ab Epilenſia q̃diu illam retinet/ & confert cordi: dum modo colligatur certis temporibus. Nec aliquis miretur de iſtis: quoniã auctor nature inſeruit in diuerſis rebus/ diuerſa tẽperamenta: quibus una tutetur ab alia/& exceſſus unius moderetur a tẽperamẽto alterius/& multa habent uirtutes agregatas.

Cap. iiii. de illis que excludunt beſtiolas.

DEcoctio policarie ſparſa in locis ubi ſunt necat eas/ & certius decoctio coloquintide aſperſa ĩterficit beſtiolas: cuiuſcũq̃ generis

cunq; generis. Et Auic. inquit ꝙ fumus ſulphuris cum bdelio/ſtorace/& aſſa fætida interficit zenzaras/& cimices, quæ etiã credũtur fugari floribus geneſtæ. Et aliqui magis laudant ſuffumigiũ ex mirtho ſicca cũ ſulphure/& bdelio. Sed qm̃ cimices currunt ad ferrum quando infigitur in ligno in quo habitãt illic poſſunt interfici. Et qñ lauat᷑ decoctione lupinoꝝ amaroꝝ/uel piſciũ ſalitoꝝ, non accedunt. Confert etiam lotura decoctionis oleandri. Similiter ſuffumigium ex nucibus/uel foliis cupreſſi, uel ex aliqua ſanguiſuga. Sed eſt uitanda uenenoſa, uel habens caput nigrum. Quæ uero degunt in aquis currentibus, in quibus ſunt ranæ, & habent uentrẽ tendentem ad rubedinẽ/& dorſum ad uiriditatẽ, ſunt idoneæ. Muſcæ autem ualde infeſtæ interficiunt᷑ fumo arſenici/uel decoctione radicis ellebori quãdo miſcetur lacti, quod ualde diligunt. Et tafani moriunt᷑ quando ꝑponitur᷑ eis oleum decoctionis ſtincorũ tritorum cum axungia porci/& farina fuliginis. Fumus uero corticũ platani fugat ſcarabeos. Sed calcãti/uel ungulæ ſiniſtræ muli credunt᷑ fugare mures. Expertum tamen eſt quando comedunt de farina frumenti/uel alterius rei, in qua fuerit permixtus puluis arſenici, moriuntur Et formicæ ſuffumigatæ, fugãt omnes alias. Sed debet poſtea obſtrui locus, in quem ſe recipiunt, cum ſtercore uaccæ. Solent etiam ipſæ/& multæ aliæ beſtiolæ interfici fumo ſulphuris / & argenti uiui: quod etiam abſolutum fugat uermes/& ſerpentes: & eius elixatura interficit pediculos, puta quando miſcetur modicum ex eo uitello oui cocto, & ungitur caput, & poſtea lauatur lixiuio.

Tract. ii. de curis morſorum.

Cap. i. de ſeruandis in iſtis.

NOn quilibet morſus æque nocet/nec interficit eodem tempore, ut fertur de baſaliſco infra tres horas, & ad plus infra duos dies: uipera uero in quinq; uel ſeptem: & poteſt accelerari mors, quando ſolutio continui magis penetraret. ſimiliter

reſpectu loci : ut quando ſolueretur uena pulſatilis : & magis ubi cadit arteria magna : quia uenenum poteſt citius accedere ad cor & mouere ſyncopim : & quia cõtinuatur epati, poſſet prohibere nutritionem & trãſitum coleræ ad fel. ſignum eſt icteritia, quæ aliquando ſubſequitur minus etiã cæteris paribus nocet in bra chio/uel tibia/q̃ in ore : quia iſtud colligatur cum ſtomacho/& epate : & conſequẽter cũ corde : & quando ſoluitur neruus/uel muſculus, augetur dolor, & ſæpe committitur ſpaſmus.

Quantum igitur ad curam in principio eſt abſtinendũ a dimi- nutione ſanguinis/ſolutione uentris/ac etiã prouocatione uomi- tus/urinæ/uel ſudoris, niſi fieret ſponte : uel ex agitatione/& re- tractione uirium regitiuarum/aut ſpirituũ ſupercalefactorũ uene num ulceris forſan magis ꝓfundaretur quicquid dicatur ab aliis.

Quando autem uenenũ morſus eſſet diffuſum, & remiſſa acu ties poſſet etiam conferre balneum, ꝑſertim ex decoctione ariſto logiæ rotundæ liberantis per ſudorem, qui tunc poteſt prouo- cari : ſimiliter & urina : quia intentio non ſolum uertitur ad edu cendum uenenum, ſed ad reſoluendum, remiſſa etiã audacia, & ante poſſet in caſu cõferre diuerſio a mẽbris principalibus, quæ in principio cum omni diligentia ſunt defendenda/& cõfortanda.

Patiens autem debet continue ſtare in loco calido, ne uenenum pellatur interius a frigore, & in aere lucido ut ſpiritus recreẽtur & moueantur ex centro ad circũferentiã, & ſermones ſint iocũdi quia triſtitia/& timor retrahunt & hebetant uires animæ : quã- primũ tñ uenenum appatet diffuſum, debet dari in potu licium diſſolutum in aqua frigida : quia ſanat etiam ulcera intrinſeca, & curat putredines/& morſus rabidorum : & fortius operatur qđ uenit ex India q̃ ex Cappadocia. In utroq; tamen inſunt partes ſubtiles/& calidæ quibus aperit reſoluit &c. & groſſæ/& frigi- dæ quæ obtundunt/& reſiſtunt/& ſanant ulcera. Alii uero dant iſtis aſſam/et abſinthium/uel terram ſigillatam cum uino. iſta tñ non eſt danda in principio ne faciat uomitũ et conturbet. De Nigella uero tenetur ꝙ pro certo liberet : et puluis cancro- rum fluuialium uſtorum, quando datur cum una dragma mirrhæ/uel olibani, confert uenenis frigidis/& calidis.

In omnibus tñ morſibus ſiue uiperæ/ſiue aſpidis ſurdæ/thiri/& ſimilium præcipua intentio eſt cõfortare cor/& ſpiritus cũ notis ĩ cura epidimiæ/& cordialibus frigidis in ꝑncipio: & in augmẽto debet ſæpe exhiberi puluis ſeminis citri cũ uino: & loco cibi com medat carnes leporis/& alia quæ habent naturam aduerſantem qualitati ueneni, puta in morſibus calidis cãcros fluuiales aſſatos uel coctos cũ lacte, & cerebella gallinaꝝ elixatarũ/& lac uaccinum/butirũ/& reſtaurantia. Dactyles uero/pineæ/& paſſulæ cõferũt magis frigidis. In omnibus tñ ſunt uitandi cibi ſtiptici groſſi/uel melãcolici. Et q̃uis quidã dẽt allia/cepas/& porros cũ uino potenti: eſt tñ timendum ne quantitas trahat ex ulcere uenenũ ad loca intrinſeca, neue inflãmet ſanguinẽ: nõ tñ debẽt pati famẽ/nec ſitim. Et in omni cibo ponatur de iſta confectione ℞ cardamomi/cinamomi/zeodariæ añ. ℥. ii. piperis lõgi/nucis muſcatæ/folii cubebarũ/ligni aloes/gariofilorũ añ. ℥. i. zucchari albi ad pondus oĩum: abſtineat etiã ab omni euacuatione notabili & ꝑcipue a coitu. Et qñ ſentirẽt magnũ frigus, calefiant cũ pãnis calidis/uel igne in camera/uel ſub lecto: & qñ eſſent multũ ſtiptici, utant̃ lenitiuis, uel cliſteriis cũ lacte. Vinũ debet eſſe clarum/& lymphatũ aqua in qua ſæpe ſit extinctũ ferrũ: & quãdo timerent eam, ut accidit in morſu canis rabidi, debet uas uel fiſtula cũ qua bibunt cooperiri aliquo panno nigro ne uideant illã, uel aliter decipi. Verbena trita/& ſumpta in potu reputatur efficacior: hanc græci uocant gerobotanũ, hoc eſt illuſtratiuum/& purgatiuũ. nã & ſacerdotes gẽtiliũ utebãtur ea in purificationibus: & qñ ferebant illã ſecũ credebant ſe tutos ab hoſtibus. & ꝙ eius elixatura ſparſa in conuiuiis ꝑberet aſtantibus hilaritatẽ. & ꝙ tria folia cũ tribus radicibus illius curarent tertianam, & quattuor cum totidem quartanam: & ꝙ ſemen eius cum ſucco feniculi mundaret oculos. Et licet non reponatur in certo gradu caloris: eſt tamen multum ſicca: quoniam conglutinat ulcera uenenoſa. Semen rapæ etiam domeſticæ datũ cum uino creditur occurrere omnibus morſibus ſerpentũ, ac etiã potionibus malis, & prohibere nocumenta malaꝝ medicinarum. comeſta tñ ingroſſat humores, & cũ oleo & uino ſti-

mulat uenerẽ,quia uentoſa . Succus uero ſiluestris ſuccurrit fiſtulis & ulceribus malis . & ſanguis teſtudinis marinæ cũ illo & coagulo leporis/& modico cimini ſanat omnes morſus . In declinatione uero accidentium licet uenenum credatur tunc expulſum : quia tñ interdũ latet oppræſſum : puta qñ animal mordẽs ferret uenenũ frigidum,tunc qui creditur liber aliquãdo poſt multos dies uel mẽſes redit egritudo : quare interea ſingulis decem diebus debet purgari cũ ieralogodion/uel cũ iera ruffini, dũmodo humores infecti ſint parati expulſioni : & qualibet ſep timana utatur tiriaca cũ uino decoctionis gentianæ . & quando iſta ſtat per tẽpus in muſto bulliente, uinum poſtea eſt efficax ad liberandum . balneũ decoctionis agrimoniæ/ſcabioſæ/fumi terræ/& radicum lapacii iuuat ad reſoluendum . Expertũ uero ad omnia genera morſorũ capiant ſerpilli/pulueris aſſæ añ.ʒ. duas/galbani/& ſulphuris añ.ʒ.unã cõfectorũ cũ melle quãdo de iſta ſumitur cũ uino ualde cõfert,& emplaſtrata ulceri ſanat.

Cap.ii de curis ulcerum in particulari.

QVamuis ſigna dirigãt in curam,narraturi tñ accidẽtia animaliũ mordentiũ,& quomodo reducantur in cauſam,ne idẽ bis repetatur,maluimus differre . Quidam putant ꝙ tiriaca non ſit ponenda ſuper ulcere morſi : quia ſi fugat uenenum,pelleret forſan ipſum ad cor . alii econtra : quia ſi in ea ingreditur caro tiri : ideo ratione ſimilitudinis iſtius trahit ad ſe uenena calida : & per potentiã ſui caloris poteſt deſtruere uel reſoluere tractũ . Nã ſi aliqd' ſimplex facit unũ per ſe/& aliud per accidẽs,q̃to magis illa rõne ſuoꝝ cõponentiũ, quibus etiã ſupra dicta quadã ſimilitudine prius cõfortat/& roborat cor,& poſtea expellit/uel reſoluit . Debet ãt dari morſo una.ʒ.'pulueris ariſtologiæ cũ uino:& ſine itermiſſione tpis ſup ulcus poni gallus euiſceratus p dorſum . Sed credit' magis tutũ qd' prius ſugat' ab hoĩe cibato,cuius os ſit lauatũ uino,in quo ſit decoctũ diptamũ uel a pluribus hoibus : ne unus multũ ſugendo,forte deglutiat ſaliuã uenenoſam relictam in ulcere. Eſt etiã cauendũ ne ſugẽs

habeat dētes corroſos, neue eius os male oleat. & ſi ulcus fuiſſet exiccatum, debet ungi lactuca/uel alia re humida. Vlcera nāq; iſto caſu non egent exiccatione/nec cōſolidatione, ſed apertione & attractione: quia intentio in omnibus eſt prohibere diffuſionem ueneni per corpus. & ſi quid remanſit in eo, extrahatur. Et quidam circa locū morſum per tres aut quattuor digitos faciunt ligaturas ſtrictas, ut cum ſanguine poſſit exire uenenum: & poſtea in circuitu ponunt ſuccum plantaginis/uel uirgæ paſtoris cum aceto: & aliis ſtipticis. Sed quoniam iſtud nō cōferret niſi ulcus eēt in tibia uel brachio: ideo ueteres ī morſibus lœtalibus abſcindebant membrum, ne inficeret alia. Verum cum iſtud ſit etiā difficile/& periculoſum propter ſpaſmū: ideo debet potius dilatari ulcus ſcarificando in profundū: & ponātur ſuper illo uentoſæ magnæ: & quanto citius melius. quia cū ſanguine facile trahitur uirus. & qui differunt iſtud, conſtituunt morſum in periculo mortis: pſertim ſi uenenū animalis mordentis eſſet calidum: quia profundatū nō conferunt prædicta. Et licet in morſu canis rabidi differatur diffuſio, aberrat tamen multum, qui poſtponit remedia præponenda. Et quāuis dicāt q; quāto magis differtur apertio ulceris, tanto plus debet dilatari, ne exeat plus ſanguinis: debet tamen conſiderari debilitas uirtutis: quia ex multo poſſet ſequi mors ante extractionē ueneni. Cauteria uero actualia potius incruſtant carnem, & prohibent exitū humoris uenenoſi: niſi forte intentio eſſet remouere partem corruptam: & tunc debet fieri cum ferro ignito, & melius cum auro quia magis confortat. Vlcera uero parua/& non adeo timoroſa poſſent dilatari cū oleo mixto rutæ/uel cum iſta melle/pice/& ſale. Et forſan ſufficeret ponere ſuper eo anum galli depilati/uel potius ſciſſi per dorſum unus poſt alium, quando primus eſſet infrigidatus. & quando ulcera eſſent maiora, conferret catulus ſciſſus. trahit .n. potētius, & ināta caliditate cōfortat. Ad phibēdū cōſolidationē ulceris ſufficit ponere in eo fruſtrū gētianæ uel laureolæ. capilli uero hominis uſti qñ ex eis fit, puluis iſte impoſitus abſtergit/& ſanat ulcera ſordida/& mollia: quæ ſi ante tempus conſolidarentur, debent aperiri, & multum inflā-

mata lauari decoctione radicis endiuiæ ſilueſtris/uel cancro flu-
uiali piſtato. Et quando morſus ſentit magnum dolorem, ut
accidit ex punctura neruoꝝ, debent confortari labia ulceris. Et
quidam dicunt ꝙ ſedatur tenendo in ore ſuccum cartami ſilue-
ſtris. Sed quia iſtud negat experiētia, ideo certius mitigatur em
plaſtro ex foliis policariæ. & quādo cum ulcere eſſet apoſtema,
eſt incipiendum a cura iſtius, ſiue ſit cauſa ulceris, ſiue econtra:
quia non poſſet, nec debet regulariter conſolidari inſtante apo-
ſtemate. debet tamen ex ulcere educi ſanies, ne illud augeatur.
In iſtis igitur caſibus & in omnibus ulceribus uenenoſis debet
poni ipericon contritus / uel eius ſuccus: quia trahit & reſoluit.
Et quando renouantur emplaſtra, debet lauari ulcus aqua deco
ctionis nepitæ: quæ ſimiliter aperit/trahit/& abſtergit. Et quā-
do locus morſus eſſet durus, uel haberet circūquaqꝫ ampullas,
fomentetur cum illa: & poſtea fiat emplaſtrum ex pede colum
bino: quoniam exiccat/incidit/& abſtergit: præſertim illa ſpecies
quæ habet folia uiridia. Siſimbriū cōtuſum ſedat oēm tumorē.
& ſaturegia obſtat oībus uenenis animaliū pungentiū cū aculeo.
Cognoſcitur autem putredo ulceris ex fætore/calore/& grauitate
ſaniei: digeſtio uero ex albedine/lenitate/& priuatione mali odo
ris: & interdum poſſet eſſe partim putrida/partim digeſta. Et
cum obiicitur ꝙ motus digeſtionis/& putrefactionis ſunt oppo
ſiti: quia uapor in iſta mouetur ex centro ad circūferentiam. In
digeſtione uero econtra. non obſtat dato enim ꝙ iſti motus nō
poſſint competere eidem minimo p̄ciſe/ſeu formaliter ſecus reſ-
pectu pluriū. nā & febris ſupercalefacit, & tn̄ curat paraliſim:
ſimiliter & in ulcere reperiunt̄ partes ſaniei aptæ reduci ad beni-
gnū: & iſtas digerit natura: malignas uero, quas nequit regula
re, expellit. Vnde in eodem ulcere poteſt reperiri qualitas, qua
ſignificatur ſuper diſpoſitione, et alia ſuper digeſtione.

Cap. iii. quæ ſumpta curant ulcera.

QVando locus morſus eſſet factus niger: uel ſtupidus ſi-
gnificat ꝙ calor naturalis eſt mortificatus i eo: & tūc debet

dari uinum decoctionis Thimi/uel Tiriaca cum illo in quo ſit de-cocta Gentiana: & alia que reſtaurant ſpiritus & calorem/puta eli xatura Arthemiſie/ & diamuſcum: in morſibus uero animaliũ ual de calidorum medicine debent potius dari cum lacte/ſeu ſeminibus citri mundatis a cortice uſq; ad. 3. duas cum aqua frigida clara/leui/& boni odoris. cõfert ẽt diãbra uł electuariũ de gẽmis. Et ĩ morſibus frigidorum cum uino/uel decoctione rei calide. Conferunt etiam due. 3. aneti cocti. Radix uero panis porcini cũ uino liberat per ſudorem: & emplaſtrata cum melle ſuper ulcere ſanat: eſt enim calida & ſicca in principio tertii. Et quando ex ea fit tenta / & imponitur fiſtule trahit potenter: corrodit etiam carnẽ ſuperfluam Succus eius bibitus pluribus uicibus cum tribus unciis uini ſanat duritiem Splenis & icteritiam reſoluendo humorem in uaporem.

Cap. iiii. de morſu uipere/& draconis.

HActenus de cura animalium mordentium in genere. Nũc uero de ſignis: & curis aliquorum. Et primo uipere: Siue enim nomen iſtius ſit cõmune ad multas ſpecies/ſeu potius unius ad plura indiuidua: una queq; tamen fert uenenum letale: nam ex loco morſo ab ea exit uirus ſpumoſum: quoniã calidũ/& acutum cogit humidum in loco ulceris ebullire/unde uertitur in uirulentiam/& ſuccedente putrefactione aſſimilatur erugini æris. Exuſtio enim que continue tendit ad nigredinem tranſit per uiride/ uelut per minus opacum / & interdum color occupat totũ corpus quando humores: ſeu humiditates/quibus nutritur uruntur/ uel putreſcunt. Sudor uero ſuccedit quando uires regitiue ex labore relaxant humiditates/& eſt frigidus quãdo ſpiritus: & calor prohibentur expandi. Et interdum accidit ſingultus: ex defectu digeſtionis/uel quia uapores uertuntur in uentum. Anhelitus uero coartatur: quando muſculi pectoris exiccantur multo calore: & tandem cum accidentia augentur / ſine preſidio moritur eger infra tres dies. Et interdum prius/quãdo colera eruginoſa herẽdo muſculis: & lacertis cauſaret ſpaſmum/aliter poſſet deferri.

Dicitur etiam ꝙ quando differtur partus ipſarum conceptus ab ea corrodit uentrem/& ipſa moritur/& ille exit ſpōte ſiue ſit unus: ſiue plures. Et addunt quod quando tempore coitus ſuſcipit ſe⸗ men abſcindit caput maſculi / quaſi preſcia ſui periculi: complent enim ut aiunt coitum cum ore: quia non percipiuntur in eis ſexus diſtincti. Morſus tamen maſcule cognoſcitur / quia habet ſolum duos dentes: quoniam humidum tenax ex quibus conſtant dē tes reſoluitur intenſa caliditate: femīa uero non adeo calida habet plures cōparando/autem morſus ſenioris ad iuniorem / & ſi am⸗ bo ſint letales/iſtius tamē citius interficit:& illius tardius curatur: quia difficilius reſoluitur uenenum magis ſiccum.

Antidotū autē ſm multos eſt uitis ſilueſtris/ & fructus tamariſci cum uino creditur multum conferre. Coſtus etiam cum eo eſt magne efficatie. Curat enim quartanam/ & quia in eo eſt quedā humiditas īflatiua/iuuat etiā coitū. Et ex tribus ſpeciebus ipſius al ba eſt melior preſertim leius/& aromatica: habet enim attractiꝰ uā fortem educentem a rematis: dūmodo nō fuerit adulterata cū radicibus Enule: ſed cognoſcitur/quia iſta non mordet linguam: nec profert odorem.

De dracone uero terreſtri quē dicunt ſic uocari a tortuoſitate cor poris: ſm aliquos eſt nomen cōmune multis. Et alii ꝙ non ſit ue nenoſus/ſed mordendo ſoluat continuū: habet enim tres dentes in utraq; mandibula / & inferior eſt eminentior quod nec aliqui credunt: quia habet os paruum & rude: & fiſtulas quibus tra⸗ hit aerem artas. Nec profert uaporem p os/neq; per oculos qua⸗ re ſm alios habet poros corporis latos per quos expirat / qđ nec eſt ueriſimile: quia ſi habet corpus magnum / quod dicit̄ extendi ad uiginti cubitos nō uidetur ꝙ in eo ſint tot ſpiramenta: nō enim poteſt cum tanta magnitudine caliditas eſſe opreſſa: mirum etiā eſt ꝙ non dicant cuius coloris ſit qui multum confert ad cogno⸗ ſcendum naturam illius/habent tamen ſexus diſtinctos: quia fe⸗ mina uocatur dracena. Sed ſiue ſit uenenoſum/ſiue noceat mor⸗ dendo: dicitur tamen ꝙ caro Balene/que appellatur keſan ſit an⸗ tidotum morſuū ipſorum: ac etiam uipere. Et addunt ꝙ biben tes de felle eorum poſt uomitum curantur uino/& ſucco/ ſeu bro

dio carnium / & confectione diamuſci. Arabes uero reputantes iſtos/& alios ſerpentes eſſe frigide nature: dabãt illis loco antidoti ʒ. mediam uſq; ad unam Caſtorei cum uino decoctionis abſinthii, et Tiriacam maiorem diſſolutã uino ueteri / uel ſuccum Cepe ſilueſtris maſticate. Tenẽtes uero illos eſſe cõplexionis calide preſertim terrenos: non enim loquimur nũc de aquaticis: dabant oleum balſami cum lacte ſepe iterato. Butirum etiam uaccinũ cũ melle: confert ſimiliter radix caude porcine. Et quidam putant ꝙ ſtercus alterius emplaſtratum ulceri liberet: quia trahit quadã ſimilitudine. Similiter Rafanus comeſtus/uel eius aqua diſtillata aſperſa puluere lapidis gagates bibita preſeruat / & ſuper ulcere ſanat. Prima tamẽ ſpecies diptami ſumpta in principio ualet ad omnes morſus. aliqui uero dant de puluere Ariſtologie cũ ſucco mente. Et alii elixaturam Ebuli uocati Cameatis: ſed magis probatur caro muſtelle ſilueſtris condita aceto & ſale. Ruta etiam creditur mederi morſibus omniũ animalium. & cancri fluuiales cum ſanguine Teſtudinis marine multum cõferũt: ſimiliter pinguedo piſcis: & hoc reſpectu animalium mordentiũ calidorum: in frigidis uero ut credũtur eſſe dracones datur yſopus cum melle/ſale/& Cimino/& duc. ʒ. oppoponaci cum aceto pro certo liberant hec retulimus ſub dubio: quia conferunt ad morſus multorum.

Cap: v: an predicta ſint calida/uel frigida/& de natura Colubri/& cura.

AS ſerentes ꝙ uipera / & draco ſint frigida ſuadent: tum qa curantur calidis/tum quia corpora morſorum ab eis infrigidantur: & quedam animalia dicuntur habitare per totam hyemẽ in ſolitudinibus Aphrice ueluti mortua.

Sed ſane accidentia palã demonſtrant caliditatẽ. medicine uero dantur/ut conſeruent calorem innatum: uel reſoluant ſubſtantiam ueneni/aut cogat iſtud euaporare: emplaſtra etiã calida trahunt humores infectos ex morſibus.

Et quis non ſit certum an ſtent recluſa in ſolitudinibus predi-

ctis: poſſunt tamen aliqua manere illic/ ne eorꝫ caliditas repercu-
tiatur frigiditate temporis: quia prohiberet exitum uaporum uſto
rum / qui forte exurerent precordia. Aſtutia etiam in eis arguit
caliditatē/& de uipera baſiliſco/ & multis aliis non eſt dubitandū
Coluber etiam calidior multis degit in umbris:& accidit ſepe ad
aquas/ut ſe refrigeret & deponat uenenum/nō dico ꝙ omnia ſint
calida/nec illa q̄ ſunt nocēt ſub uno celo ſicut ſub alio.
Multa tamen referuntur de iſto que ſunt potius fabuloſa: puta ꝙ
fugiat hominem nudum & proſequatur ueſtitū: & moritur per-
cuſſus ſemel calamo & bis reuiuiſit. Eſt bene uerū ꝙ aliqui ſerpē
tes qn̄ timent mori uertunt corpus in circulum ut ſaluent caput.

Cap. vi. de Baſilico/& cura.

ISte ſolet connumerari inter ſerpentes ſurdos: quia priuatᷣ au-
ditu. Nam Aer qui ſubſeruit uirtuti auditiue reſoluitur ab in-
tenſa eius caliditate: non tamen eſt uerum ꝙ eius uenenum ſit ſo
lum in capite eo ꝙ interficiat proferendo fumum: quoniā totum
corpus eſt uenenoſum. Nam ueteres teſtantur ꝙ quidam equi-
tando equus tetigit illū / & ambo ſtatim mortui ceciderunt: po-
tuit enim uenenum deferri ad eum per equū & ingredi per poros
corporis. Nec ſpirare per latera concludit ꝙ uenenum ſit ſolum
in pectore: ſpirat tamen per illa ne precordia exurantur a fumis ex
uſtis/qui niſi ſpiramenta eſſent in qualibet parte corporis ſubintra
rent inter oſſa/& neruos/& inter pellē/& carnem/& ſeperaret par
tes & compagines ſui corporis. Mortuus etiam interficit ſolo ta
ctu:& tamen tunc non ſpirat/nec reſpirat/& interfectus ab eo in
terficit alios: quia forſan uapor illius remanſit in eo.
Sunt autē idem Regulus & baſiliſcus: quia eodem modo occidūt
homines & inducunt in eis ſimilia accidentia: nam oculi morſo
rū & totū corpus obſcurātur illo fumo: uocatᷣ tamen regulus: qa
habet in capite maculam albam inſtar corone/ uel quia ceteri ſer
pentes fugiunt eius uenenum / & interfecti ab eo nūq̄ curantur.
Et raro ab eis / que habent colorem arenoſum/& maculas ſuper
dorſo albas & nigras/& licet morſi ab iſtis poſſint euadere: nō tn̄

qñ uidentur dormire: quia eſt ſignũ ꝙ perdiderũt: uel de proxi-
mo perdent motũ & ſenſum: & quando ſuccedit in eis ſingultus mors eſt propinqua: quia cauſatur ex defectu nutrimenti. Dici-
tur tamẽ ꝙ iſtis confert ſumere medullam oſſium cerui cum modico pipere.
Si igitur infectorũ a baſiliſco nulla a medicis ponitur curatio quo modo dicunt ꝙ naſcitur ex ouo galli antiqui continentis interius quaſdam malignas ſuperfluitates / que ex longa mora excocta caliditate ipſius circundantur quodã panniculo / & poſtea emit-
titur ſub forma oui: ex quo generatur Baſiliſcus: iſtud ſane uel eſt alterius ſpeciei / uel eſt impoſſibile falſum.

Cap. vii. de morſu cornute Aſpidis ſurde / & cura.

VEnenum Cornute eſt in ſolo capite / tum quia iſto abſciſo reliquũ corpus non inficit: tum quia humores / ſeu uapores corporis morſi ab ea petunt caput: inflãmantur tamen labia et os: quia fumus eius / uel humorum infectorum in aſcenſu dilatatur ad iſta. Et aliquando ex cerebro accedit ad oculos / quos facit te-
nebroſos / & quando ſpiritus perturbati: ponuntur in motu ſequitur uertigo. Et dolor quoniam per neruos motiuos procedẽtes a nuca / & ſenſitiuos a parte anteriori cerebri fumi predicti diffundũtur / & impartiũtur toti corpori quod fit graue: quia maxima pars ſpirituum / & caloris quibus cauſatur agilitas extinguitur ad que ſtatim ſuccedit mors. Antidotum iſtius dicitur eſſe ſemen rafani ſumptum cum uino: puto tamen ꝙ magis conferat ſuccus papaueris cum eo / & oua piſciũ cum aliis dictis in cura uipere.
Aſpis quædam appellatur ſicca que eſt longior / & habet oculos ueluti carbones ignitos / & Alia Aſilus que interficit non ſolum morſu: ſed etiam ſputo quod emittit conſtrictis dentibus qñ ele-
uat caput. Caliditas autẽ ambarum coſtat tũ aſperitate cutis: tũ colore tendente ad cinereitatẽ: cum quia celeriter interficiunt. Alia ſpecies propinqua iſtis uocatur Irundo ob ſimilitudinem coloris: & eſto ꝙ non ſit adeo longa mordendo: tamen facit accidentia ſimilia illis excepto ꝙ ulcera iſtius ſunt minora: quia dẽtes ſunt ſub

tiliores: unaqueq; tamen mortificat colorem naturalem/patet ex nigredine circa locum morſus cauſata ex ſanguine: qui aduritur il lic a caliditate ueneni/& poſtea cōgelatur frigiditate extrinſeca: ob ſcuritas uero oculorum procedit ex uaporibus infectis qui inter dum inferunt capiti dolorem. Et quando humores conturban tur in ſtomaco mouent uomitū: & aliquando ſpaſmū / quando tunice ipſius coartantur a ueneno morſus, uel ab humoribus in fectis ab eo qui qn̄ deſcendunt ad inteſtina faciunt fluxū perdu centem ad ſincopim & mortem.

Curantur autem ut uipere dū modo dilatetur ulcus a principio/& cum uentoſis extrahatur uirus: & detur ei tyriaca cum butiro/& Carpobalſamus cum modico puluere Gentiane cum uino: aut cum pauco ſucco mente/ut prohibeat ſtomacū a ſpaſmo: Alii ue ro dant de puluere ſmaragdi cum ſemine citri: & alii caſtoreum cum caſſia lignea. Sed quia nimis calidum ſolet dari Ariſtologia cum roſis: & de ſemine Appii cum uino. Et aliqui dicunt quod pellis ſtomachi Ciconie cum modico uino ſit ſingulare preſidiū.

Cap. viii. de Idra / Botrace / Stellione / & curis.

DE uenenis Idre maſcule ſiue femine: quas putant ſic uocita ri: quia naſcuntur/nutriuntur/ & degunt in lerna palude: ſeu littore maris Adriatici ꝓpe Idruntū opidū: a quo forſan ſum pſerunt nomen. Idros enim aqua eſt. Sed quoniam dicūtur ha bere multa capita: quorū uno abſciſo renaſcuntur ſeptem: ne co gamur referre abſona pretermiſimus loqui de eis. Nam & poe te dicunt ꝙ fuerunt interfecte ab Hercule/hoc eſt delata illa fama: quā ratio non capiebat. Multa nanq; ex relatu: & imaginatione ueniunt in ora hominū, que non poſſunt comprobari experien tia: nec ratione.

Q uomō enim fenix gn̄at aliam dū ipſa crematur. Eſt enim im poſſibile ut ouū, ſeu paruus uermis: ex quo dicitur renaſci poſ ſit foueri cineribus ſiccis.

Q uomō etiam poteſt Salamandra patere acceſſus ad ſpheram ignis: preſertim quia Aues que uolant multum in altum labunt

deorſum

deorſũ:cũ .n. aer ſit illic ualde ſubtilis,nõ põt ſuſtinere pcuſſiões
De Bocta igit' ſeu botrace,quã aliqui uocãt bufonẽ, Calaꝝ.
dicitur ꝙ quando mordet,ſua frigiditate ſtupefacit mẽbra : quia
obtunditur eis calor,ſine quo non fit motus naturalis. Iſta ta-
mẽ accidentia non reputantur cauſari ex morſu,ſed ex praua qua
litate. Nam ſuperioribus annis quidam cepit cannam,in cuius
ſummitate ſteterat infixa botrax : & expellens cum ea animalia
ex ſuo agro,reuerſus domũ, ꝙ primum incœpit comedere euo-
muit cibũ quem tangebat : nec ceſſauit donec fuit ſibi ſubmini-
ſtratus per manus alterius : & tunc cognouerũt ꝙ illud proce
debat a ueneno cannæ inducto ab illa botrace,& cõicatum ſuis
manibus : cũ enim ipſa contineat uenenũ groſſæ ſubſtantiæ nõ
aptum penetrare : ideo infectio nõ perueniebat ad terminum in-
terficiendi,ſed ſolum inficiebat cutem. nec inficit anhelando:niſi
inflãmaretur ex ira : quia tunc fumus9 tractus cũ anhelitu poſ-
ſet inficere : non tñ ſi eſſet groſſus/uel fætidus,quia poſſet uitari.
nec inficit cum ſaliua,niſi inflãmata : nec poteſt cito inflãmari:
quia ualde humida. unde uenefici ſuſpendunt eam,quam ſæpe
percutiunt baculo : tunc enim ſpuma quæ exit ab ea eſt uenenũ
peſtiferum factum acutum percuſſionibus & ira. Et licet ſint
frigidæ/& humidæ, habitant tamen æſtate loca ſubterranea,
& umbroſa,ne paucus calor eaꝝ reſoluatur a ſole : ne ue humi-
ditas eis cõnaturalis alteret'/uel minuat' : quia forſan ſub minori
quãtitate uel diſpoſitione nõ ſaluaret' illaꝝ natura : & ea ratione
in æſtate exeũt de nocte,ſicut enim iſta reſoluẽdo, pariter hyẽs
ſuffocando calorẽ poſſet extinguere uitã illaꝝ. Et licet ſit aĩal
ualde frigidũ,non tñ caret caliditate ſuæ naturæ proportionata,
ſine qua nõ uiuunt animalia. & niſi abũdaret in illis humiditas
corpora eaꝝ nõ augerent' adeo cito. Eſt aũt alr curãdus qui
ſũpſit de ſpuma,alr qui de ſaliua uel ſãguine,alr morſus. ſumẽs
eniꝫ ſpumã/uel ſanguinẽ factũ acutũ,debet poni in uẽtre aĩalis
magni puta mulæ occiſæ de recẽti,qm̃ calor iſtius cõuenit cum
calore aĩaliũ pfectoꝝ in actu uegetandi : quare naturalis infecti
adiutus ab illo,fortius reſiſtit : qđ cõpetit omnibus exceſſiue fri
gidis,& interdũ calidis,ſaltẽ quantũ ad intentionẽ confortandi

& roborandi uires/& inſtrumenta animæ. Pro antidoto tamē ſolent dari decem grana ſmaragdi reducti in puluerem cū uino, uel oleum balſami cum lacte: & quando ſentiūt frigus, ſumere grana fiſticorum/uel piper longum. morſis uero ſufficit ut detur de oſſe quod eſt in latere dextro ſui capitis, de quo etiam dicitur ꝙ curat quartanam: & portatum procurat amorem. Vocatur autem ſtellio, quia habet maculas paruas ſuper dorſo ſimiles ſtellis. non enim eſt illa lacerta, quæ aſpicit homines. iſta enim eſt uiridis: illa habet colorē eruginis æris, & forte eſt de genere earꝫ, quæ uerſantur in ædificiis & domibus antiquis, & raro mordet: quia habet dentes tortuoſos, quos relinqueret in uulnere. Et cum aiunt ꝙ morſi ab aliqua illarum patiuntur uomitū/& dolorē ſtomachi, iſta diſcrimina potius accidūt illis qui incaute comedunt eius carnem, uel bibunt uinum in quo aliqua illarum ſuffocatur: uel relinquit ſaliuam. iſta enim com mittit uomitū, qui uix poteſt curari. Et multi dicūt ꝙ ſumēs unū ouum iſtius moritur infra unā horam. Qn̄ uero morſus manifeſte appareret, dicūt ꝙ debet poni ſuper eo ſcorpio tritus, & pro antidoto dari modicum de ſtercore falconis cum uino. Cura tñ ipſarꝫ eſt rana cocta cū calamēto. Et qui credūt illas eſſe calidæ naturæ curāt īfectos cura cātaridis, aliter cura frigido rū. & qn̄ una ex eis ſuffumigat̃, oēs aliæ fugiūt. & aiūt ꝙ qn̄ eli xatura unius ꝓiicit̃ ſup aqua balnei, qui lauāt̃ in eo fiūt uirides.

Cap. ix. de tarantulis Apuliæ, & cura.

SEcus mare Adriaticum prope Tarentum reperiūtur quædā animalia parua, quæ uocātur tarantulæ, quæ forte ſumpſe runt nomen a loco. non enim poſſunt omnia colere eundem, ſicut nec in quouis aere cuſtodiri: nec idē aſpectus ſiderū dirigit̃ ubiqꝫ. ab aliis uero uocant̃ araneæ: ſed differūt multū, quia illæ hn̄t colorē fere nigrū, & tres tm̄ pedes in utroqꝫ latere: nec mas diſtinguit̃ a fœmina. araneæ uero hn̄t plures, & reputāt̃ habere ſexus diſtinctos: qa maſculus uocat̃ araneus, quæ habēt diuerſas figuras: nō ſic illę quæ mordēt potius in æſtate, quia tūc magis

acuit̃ earum uenenũ: hyeme uero recipiunt ſe in foraminibus terræ, ne forte calor earum extinguatur a frigiditate temporis: in æſtate occurrit eis maior oportunitas mordendi, quando ruſtici deferunt ſegetes, quas colligunt. Ex morſibus autem/ſeu puncturis ipſarum cauſantur effectus ualde differentes: aliqui nãq; cãtant, alii ſaltant, alii dormiunt, alii pulſant. Et de quodã ruſtico dicebatur ꝙ continue uolebat præcipere/& dominari: cũ enim uenenum ipſarum ſit ualde terreum/& aduſtum, quando ex morſura/uel punctura aliqua portiuncula illius ingreditur ſuperficiem cutis, in qua ſunt nerui motiui/& ſenſitiui. In ſuperficie inquam quia dentes illarum ſunt parui, non poſſunt profundari ad uenas, ideo uenenũ per neruos uel per aliquẽ ramum illorum defertur ad cerebrum, in quo ſua terreitate ſtatim ſiſtit & firmat cogitationes quas inuenit in eo/uel in parte, a qua oriuntur motiui/uel ſenſitiui, ut enim læſis iſtis inficitur imaginatiua, pariter læſis illis remanet infecta memoria: firmatis igitur cogitationibus a ſtipticitate ueneni, cogitur continuare propoſitum in quo erat. ruſtici uero & ſi concipiant illa quæ cæteri homines, frequẽter tamen cogitant cantare/ſonare/corizare/uel alteri præcipere/& ſimilia, quibus ſolent recreari illorum mentes defatigatæ. Nec obſtat ꝙ melancolia contriſtet, & cantus/& ſoni ſint ſigna lætitiæ: quoniam prædicta ſequuntur perturbationẽ uirium ſenſitiuarum ſpirituum/& organorum diſpoſitorum ab illarum ueneno. Et eſto ꝙ interea ſentiant aliqualem dolorem, cupiunt tamen potius explere ſuperinducta a ueneno: quia uires alteratæ ſunt tunc magis pronæ ad illa. nec medio tempore inclinantur ad alia oblectamenta: quia præoccupantur ab illa praua diſpoſitione, qua diſtinguunt corrupte, quæ durat donec ſoluatur uenenum. Sunt tamen potius accidentia humoris melancolici/q̃ gaudia: patet: quia in principio morſi apparent cogitabundi/& ſtupidi: & paulopoſt permutati a qualitate humoris, ſaltant/uel cantant: quia melancolia mouet de una in aliam fantaſiam. Interdum tamen ſaltando curantur: quia reſoluitur uenenum, uel expellitur ſudore. Vt plurimum uero uẽter morſi in principio reſtringit̃, quia ſuſpẽſus uiribus aĩalibus

ob timorem, impediuntur etiam operationes naturalium: unde reſtricto uentre ſequitur aliquando uomitus propter ſenſibilitatē expulſiue ſtomachi. Curantur autem dando eis ſæpe decem grana lentiſci cum lacte. In iſta enim arbore appellata grani uiridis, ex qua emanat terbentina, inſunt partes aquoſæ remiſſæ calidæ potentes alterare, & groſſæ terreæ exiccare/& obſiſtere. Cumq; ualde redoleant, mictunt ad caput uaporem confortantem cerebrum. Nam & ſuccus eius ratione ſiccitatis retentus in ore tollit ab eo fætorem/& firmat dentes &c. Et quidam dant eis unciam unam cum dimidia foliorum mori. Peritiores tamē in augumento curant illos agarico. Et licet corpora robuſta euadant ſudore/uel labore: quando tamen eſt multus, debent refocillari frigidis/& humidis: & quando pauperes non poſſunt aliter, recurrunt ad aquam. uitis uero alba recens, eſt antidotum iſtius.

Cap. x. de aranea/& rutella, & curis.

DE morſo ab aranea domeſtica dicitur ꝙ cogit erigere uirgam. nam & ſi eius uenenum ſit acutum, quia tamen eſt natura terreum, mouet humores uentoſos uerſus inferius, qui pulſi ad genitalia erigunt illam: terreitas uero percipitur colore ipſorum. Cura in principio eſt lac/& poſtea ruta cum uino uel nigella cum eo.

Rutella etiā quæ eſt una ex ſpeciebus araneæ mordens in principio infrigidat membra extrinſeca. ſed circa locum morſuræ inducit ſolū pruritum: quia illic trahitur ſanguis ſubtilis, qui acutie prurit. poſſet tamen locus fieri uiridis, quando augeretur ſupercalefactio illius ſanguinis. poſſet etiam morſus ſentire frigus quando calor innatus refugeret interius. iſtis ſolet dari ſuccus purpureæ cum uino, quia curat morſus araneæ, & compeſcit feruorem ſanguinis/& dolorem. Et quando eſſet multum ſupercalefactus, debet curari cum ſucco ſemperuiuæ maioris uel minoris. Folia etiam hederæ trita mixta fermento ſanant morſus iſtarum/& ulcerum cancroſorum.

Cap. xi. de ſcorpione/ueſpis/apibus/& curis :

SCorpio ſilueſtris ſiue mordeat/ſiue pungat, in principio tn̄
dolor trahit ſanguinem calefacientem locum morſum : ſed
quia uenenum eius reputatur frigidum, paulopoſt alia membra
frigeſcunt, quando afficiuntur qualitate illius : uel quia calor/&
ſpiritus in illo nocumēto non expandunt. Si uero contingeret
ꝙ humores alterati putreſcerēt, facerent febrē/uel ſudorē ex co-
natu naturæ. Iſta tn̄ accidentia cauſantur ſolum ex ſilueſtribus
quæ dicuntur habere corpus gibboſum nigrum/& caudas lon
giores, quos uocant geptarias, quorū fœminæ ſunt maiores ma
ſculis, & oēs calidæ naturæ ſm̄ Arabes. In Italia uero nō ſunt
adeo uenenoſi. creditur etiam ꝙ ſint frigidæ naturæ : propterea
morſi/ſeu puncti curātur calidis puta allio crudo/& uino potēti
& ab aliquibus cum elixatura rafani ſilueſtris : cuius fruſtū red
dit eos īmobiles quādo ponitur ſuper dorſum ipſorū. nec mirū
quia agaricus ſolo tactu interficit eos. Et aliqui putāt ꝙ ſi tūc
liniatur elleboro albo reuiuiſcat. Lapis autem gagates/& bede
guar impoſitus alicui morſui/uel puncturæ ſcorpionis, trahit/&
curat uenenū. idē facit ſcamonea cū ſucco mētæ linitis ſup ulcus.
Omnes p̄terea fugantur fumo rafani/ſepiæ/& lauri/uel lignoꝝ
pini/& granati, uel radice lilii cœleſtis : & quando unus ex eis
ſuffumigatur, fugiunt alii : & oleum impoſitū foraminibus ubi
habitant, non permittit illos exire. Suffumigium uero ex ſter-
core bouis & eius girbo adipino mixtis extrahit illos, & poſſunt
interfici. Rafanus etiam poſitus in orificio foraminis illius loci
prohibet illis exitum. idem operatur allium. Eſt tamen ex-
pertum ꝙ ſuffumigium ex ſulphure/ungula aſini/& galbano
pellit omnes. & ſputum hominis ieiuni calidæ naturæ perimit
illos. Et portare rafanum/uel ſentire eius odorem, non ſinit
eos accedere. Et quædam herba uocata a Diaſcoride falar-
gios, bibita cum uino, non ſolum mitigat puncturas ſcorpio-
nis, ſed etiam morſus falangios, quæ eſt muſca uenenoſa.
Arabes uero ab initio dilatant puncturas, & iubent ſugi uene-

num. Iſtis uero apud nos ſufficit ut ſcindatur mus/& ponatur ſuper ulcus morſi: quia ſanatur: & unctus coagulo leporis non mordetur a ſcorpione, nec a mure, nec ab aranea. & bibẽtes de aqua maris tepida ſunt tuti ab illis/& ab aſpide ſurda: morſi ſemel a ſcorpione, nunq̃ mordentur a ueſpis/apibus, nec a ſcabronibus. Et iſti ſm Ariſtotelem capiunt muſcas magnas, quas abſciſo capite ferunt ſecum uolantes: & omnes feriunt aculeo, quem dimittũt pũgendo: quod apud nos nunq̃ fuit uiſum: An autem coeant/uel non, ueriſimile eſt ꝙ ſic. nam & muſcæ de quibus minus uidetur, coeunt, et non generãt: quod accidit multis genitis ex putredinibus. Scarabei etiã naſcũtur ex fimo bouis/uel iumenti: conferunt tamen doloribus matricũ/& prouocant urinam/& menſtrua, & extrahunt fœtum mortuum. De apibus uero dicunt ꝙ earũ rex caret aculeo. Et Ariſtoteles ꝙ habet & non utitur eo: illæ tamen ſicut & ueſpæ pungendo relinquunt locum rubeum, quando ad eum defluit ſanguis/& ſentit dolorẽ non ex eo ꝙ diuidat pellem, ſed quando concurrunt illic humores qui facerent apoſtema, uel pungeretur aliquis neruus, & relinqueretur in eo aculeus: non ſic ueſpa, quæ & ſi habeat plures dentes, cum mordet non profundat illos. Illæ tñ magis nocẽt, quæ habẽt caput nigrum. Scabrones uero poſt primam puncturam non poſſunt per tempus amplius pungere aut mordere, quia relinquunt dentes in loco morſo. neruuli enim quibus ligãtur, ſunt multum teneri: unctus tamen ſucco maluæ permixto oleo, non læditur pũcturis/nec morſuris illorum: quia obſtructis poris non poſſunt profundare dentes/uel aculei. Fumus autem ſulphuris fugat illos. & quãdo aculeus remanet, oportet ut extrahatur cum cinere/oleo/& fermento ſimul permixtis. Si uero pũcturæ eſſent uenenoſæ, debet primo ſugi locus, uel dilatari/& poni ſuper eum quæ habent uim extrahendi uirus ſaltem cũ diaquilone. Et quando eſſet multum ſupercalefactus, debet lauari aqua decoctionis maluæ, quæ aliquando ſufficit, uel cum butiro. Siſimbrium uero comuſtum ſedat omnem tumorem: & ſtercus bouis diſtemperatum aceto curat: ſimiliter duo aurei calamenti cum ſy. acetoſo.

Tract. iii. de rabie Canum.

Cap. i. de cauſis & ſignis.

ISti frequẽtius & manifeſtius q̃ cetera animalia incurrunt illã: quia ueſcũtur cibis corruptis/lambũt etiam cadauera/& multa putrefacta accedũt penuria cibi timor/& frequens latratus: iraſcuntur etiam: & alia faciunt/quibus uruntur humores facientes rabiem, preſertim in autũno ex ſimilitudine tẽporis cum natura illorum melancolica: que etiam acuitur ſiccitate eſtatis preterite. Et rabies eſt maior/uel minor, ſm ꝙ cauſe predicte ſunt fortiores/uel debiliores. Cum tamẽ dicitur ꝙ in hominibus morſis cõgeletur ſanguis/ſi eſſet uerum quilibet cito periret, quia nõ poſſit nutriri ex eo. Similiter dicentes ꝙ ſub lingua canis reperit̃ uermiculus: qui ſi auferat̃ eſt/liber non legitur hactenus expertũ. Alia autem animalia: puta uulpes/lupi &c. incurrunt rabiẽ potius in eſtate/q̃ in hyeme. Illa enim calidior urit humores per ſe: & iſta per accidens reſtringendo calorem interius. Et licet homines credantur raro fieri rabidi ex ſe ipſis. Sicut tamen quãdo humores in eis ebulliunt/& fiunt aduſti, poteſt in eis cauſari lepra & cancer quolibet tempore ãni: pariter rabies preſertim in melancolicis/& nutritis cibis aptis uerti in iſtam & cõmunicari capiti qđ ab iſta egritudine principaliter moleſtatur.

Signa uero ſequentia rabiem Canis. Primum eſt quod tenet caput uerſus terram: Cum enim humor melãcolicus ſit grauis cõmunicatus capiti/cogit illud inclinari deorſum. Secundum quod tenet linguã extra os: qa eget magna euẽtatiõe. Tertiũ qđ aliquãdo non poteſt illam retrahere qñ ligamẽta ſunt remollita. Quartum eſt timor: qui infertur ab illo humore aduſto/& nigro qui non ſolum cogit reſtringere caudam: ſed alias partes corporis. Quintum querunt ſolitudinem: quia ſpiritus ſunt facti ſilueſtres Sicut enim in propria natura mouentur ex centro ad circũferentiã/& ꝓbent fiduciã audatiã & deſideriũ conuerſandi cũ paribus Econtra diminuti/uel affecti ab illo humore nigro refugiunt uerſus centrũ & inferunt timorem diſponentem ad fugam.

Poteſt autem cognoſci: an canis mordens ſit rabidus ſi ſuper ulcus morſi ponātur nuces maſticate/ que ſi poſtq̄ ſteterint per duas horas dentur gallinis: ſi fuerit rabidus moriuntur, uel non comedunt illas. Idem accederet de medulla panis/ ſi poſtea daretur aliis canibus.

Cap. ii. de accidentibus bonis & malis morſorum.

QVando morſus a cane rabido habet uocem raucam: eſt ſignum malum/oſtendit enim ꝙ arterie ſunt iam exaſperate ſiccitate ueneni. Sed q̄diu aſpiciendo ſpeculum recognoſcit ſe ipſum / poteſt euadere. Significat enim ꝙ uenenū non eſt adhuc diffuſum/nec uires et organa ſunt nimium leſa. Secus quando incipiunt ſe conuoluere ſuper terram: inſtar canū quod accidit: q̄a humor melancolicus terreus eſt plurimus/& cōmunicatus omnibus membris. quare iam imitantur mores canum/qui ſolent facere ſimiles conuolutiones: nedum ſuper terram, ſed etiam ſuper pelles/& alia putrida. Iſtud inquam ſignum preſagit mortē: etiā ſi oſtenderet ſe eſſe ſane mentis: interdum tamen rident quando ſanguis bonus refugit ad cor/uel forte reſeruatus in aliquo eius uētriculo deuitans infectionem ueneni: mouetur uerſus circunferētiam diſponentem ad riſum: ſed quia iſto caſu ſpiritus non poſſunt alicubi recreari/nec ſuccurrere membris: ideo eſt ſignū proxime mortis.

Cap. iii. de ſolutionibus dubiorum.

INterdum morſus dicit ſe eſſe uas uitreum/uel ꝙ celum cadat ſuper ipſum. Cauſa primi eſt: quia timens aquam: timet etiā que conſtant ex ea/puta uitrum nec ſi ſunt affecti timore eſt mirū ꝙ uereātur ex quouis periculo frangi inſtar uitri. Cauſa uero ſecūdi: quia ſi imaginatiua illorū eſt: ita deducta ut nulla remanſerit in ea occaſio ſperandi: ideo imaginantur omnia iam defeciſſe/ & ſic ꝙ celum cadat/quod eſt ultimum ſignum timoris: nō loquor

de illo qui incutitur a principio/quando ſiccitas non eſt adhuc impreſſa: ſed poſt impreſſionem inductam in toto corpore, quia tūc etiam inſtrumenta anime ſunt permutata/quod ut plurimum accidit poſt augmentum: ſignum eſt quia mēbra apparent iā arida ex defectu nutrimenti / & iſtum timorem uocant proprie hydrophobiā ideſt timorē aque: ſignū ſane infallibile mortis: quod aliqñ differtur uſq; ebdomadā unam/uel duas/uel plures. Non enim poteſt ſciri tēpus preciſum: quia nec malicia ueneni cauſata ex morſu/eſt eque intenſa in uno/ut in alio: nec uires expulſiue equaliter operantur in omnibus.

Cognoui enim hominem morſum/qui ſe lauauerat in aqua maris / & propterea credebatur liber, poſt plures tamen menſes cū tetigiſſet lignum Cornui ſtatim redit infirmitas: quia forſan illa planta habet attractiuam ualde fortem/quare ex illo tactu commouit uenenum adhuc non reſolutum. Nam & Arabes dicunt ꝙ iſtud poteſt differri ad Septem annos/& interim non cognoſcitur: niſi ex indiſpoſitione corporis: que cōtinue tendit ad maciē. Et Aſtrologi putant ꝙ Significatores uenenorū ſint Saturnus & Mars: ideo effectus ſequūtur motus coniunctionum/ & oppoſitionum ipſorum. Obſeruantes tamē motum nature dicūt ꝙ illo tempore intermedio expulſiua nō mouebatur: q̄a non irritata a ueneno debili / & forte quieſcente in loco diſtante a mēbris principalibus. Sed poſtea ipſo uigorato inſurgit contra uires/ & earū inſtrumenta: & cōmittit nouā egritudinem / ſeu potius redit illa prior: & quando infirmi ſunt debiles ſuccumbunt: & ſequitur mors. Nec inconuenit ꝙ uenenum preſertim frigidum aliquādo ex mora fiat magis acutum: ille tamē euaſit regimine/& cura.

Fugiunt igitur aquam poſt augmentum: ſeu prope ſtatum: quia ſpiritus & membra iam diſpoſita per ſiccum inclinantur ad euitandum illam ueluti contrariam complexioni: preter naturali ſuperinducte: ſm quā operātur: ſeu potius quia tunc imaginantur & timent canes / a quibus fuerunt morſi. Et ſic aſpicientes aquas / putant uidere umbras illorum in ea: quare fugiunt non obſtante ſiti intenſa. Poſſunt etiam imaginari queq; horribilia alias ab eis cogitata / ſeu uiſa in picturis / uel narrata quorum

retinent adhuc ſimilitudines ímemoria : puta demonum/uel fu-
riarum inferorum iſtis profecto deterrentur homines : etiam ſane
mentis.

Vmbre uero predicte non uidentur ab eis/nec a ſanis in aere : quia
non reflectit illas ſicut in aqua. Non igitur putant aſpicere que af-
ferunt gaudium/ uel ſpem : quia iſtud prohibet color / & natura
humoris melancolici/ & tenebroſitas ſpirituum cauſantes potius
triſtitiam ac anguſtiam : non ſic in aliis egritudinibus. Nam ca-
lor febris/ & ſi exiccet & incutiat timorem, quando tamen iudiciũ
in eis non eſt leſum exigunt aquã ad tollendam ſiccitatem ſuper
inductam.

Confabulantur inſuper ꝙ interdum in urina morſi appareãt ima
gines : ſeu ueſtigia Catulorum quod ſuadent / quia ſi uſtio ue-
neni potuit permutare humores in ſubſtantia & quantitate, quare
& in figura/ & ſic relinquere in eis formam catuli. Et quando obii
citur quod uenenum terreum/ & aduſtum tarde imprimit. Reſpõ
dent ꝙ iſtud non agit/ut tale : ſed quia calidum / & retinet figurã
ut ſiccum. Et alii concedunt quod ueſtigia predicta poſſunt uide
ri in urina morſi a cane : non tamen in illa morſi ab alio homine
rabido : quia nature utriuſqꝫ ſunt multum ſimiles : nec una eſt ac
tiuior alia. Idem accidit de urina canis morſi ab alio cane rabido :
quia in ambabus potẽtia actiua & paſſiua ſunt fere æque potẽtes.
Sed q̃uis iſtud non ſit uerum : quoniam poſſet obſtare intenſio
rabiei cum maiore diſpoſitione in uno indiuiduo q̃ in alio. Cum
hoc tamen que referuntur ab eis/ſunt ualde miranda,/ & apud me
incredibilia, quia & ſi pars ſiccior / & grauior, aquoſitas urine poſ-
ſit reſidere/ & ſe recipere in fundo : nõ tamen poteſt aſſignari cauſa
a qua imprimatur/ & articuletur in ea noua figura. Non enim ex
priori poteſt inferri poſterius : niſi quando in eis eſt neceſſaria de
pendentia : quare nec quomõ recipiatur in illa preſertim, quia re-
ceptio figure eſt paſſio ſuperficiei ſolide.

Et aliqui quod plus eſt/addunt ꝙ morſi mingunt Caniculos ui-
uos ex eo ꝙ imaginatio uehemens impreſſa facit caſum &c. Sed
iſtud impoſſibile eſt magis ridiculum : dato enim ꝙ uehemens
imaginatio credatur operari citius q̃ natura : non tamen agit ſine

iſta. Lineamenta etiam illorum non poſſunt formari in tam parvo tempore: quare nec animari / nec formata exire per loca adeo anguſta, quare potius ſunt quedam portiuncule phlegmatis aduſti, uel partes pinguedinis.
Voces uero credite audiri in corpore morſi ſunt rugitus uaporũ: qui etiam ex indigeſtione ſolent multiplicari in corporibus debilibus, & poſtea uerti in uentum cauſantem ſonum ſimile illi: qui auditur in cauernis/quando plures inuicem concertant.
Morſi tamen aliquando incurrunt Gomoreã hoc eſt emiſſionem ſeminis inuoluntariã: quia calor naturalis illorũ factus extraneus liquefacit illud, & tunc ab expulſiua pellitur tanq̃ inutile & per uirgam: quia per iſtam eſt magis aptum expelli. Non tamen delectat: qa priuatᷣ ſpiritibus/nec eſt tenax/nec prurit, quia permutatum a propria complexione. Nec iſto caſu pollutio procedit ab imaginatiua / ſed a natura. Cum deniq̧ queritur: Cur morſis a uipera / uel cornuta non accidunt predicta diſcrimina: & tamẽ ſunt uenenoſiores: dicunt ꝙ iſti moriũtur anteq̃ poſſint tranſmutari humores modo predicto.

Cap. iiii. de preſeruatione/& cura ipſorum.

COmedens Allium/& bibens uinum ſuper illud creditur tutus a morſu canis rabidi, quia fugit odorẽ iſtorum. Et Dyaſco. teſtatur ſe expertum ꝙ portare baculũ in itenere ex agno caſto defendit ab illis/& aliis morſibus noxiis. Et aliqui ꝙ ferre dẽtem molarem Canis: qui alias momordit hominem/ ſiue ligetur in coxa: ſiue ſuſpendatur in brachio ponit in ſecuro. Aiunt inſuper ꝙ canis moritur: quando datur ei cibus permixtus modico Riſagallo iuſquiamo/& hermodactilis.
Quantum uero ad curam: dicunt ꝙ morſus comedens de epate aſſato canis mordentis/non uexatur timore aque. Et Alii ꝙ mẽta eſt ſingulare preſidium preſertim: cum granis granati, quia ualde ſubtiliat/& deſtruit uenenum morſorum.
Ante alia tamen ſuper locum morſum prius dilatatum: debet poni uentoſa, & poſtea emplaſtrari allio & cepa ſimul tritis/& mix

tis cum butiro/longe tamen magis confert factum ex oppoponã co Ariſtologia/ & pice. Et quedam herba uocata ab Arabibus Albaſcen hoc eſt lilialis: quia ſimilis flori lilii/hec tam comeſta q̃ emplaſtrata mirabiliter medetur iſtis.
Ponẽtes uero ſuper ulcus pilos eiuſdem canis rabidi: credunt ꝙ trahant uenenum quadam ſimilitudine. Et quando locus eſt ſor didus / lauant eum aqua cepe. multum tamen confert empla ſtrum ex iſta ſale & ruta. Si uero ante timorem aque/ uel conuo lutionem ſuper terram/detur ei de iecore hirci tuebitur.
Expertum autem eſt: ſi teratur Gentiana/ & qualibet die detur de ea. ʒ. una cum duabus pulueris Cancrorum fluuialium uſtorũ: & una mirrhe: quia curabitur proculdubio: & poteſt capere to tum in duabus uicibus. Similiter ſanguis alterius canis ſumptus in potu. Et quidam referunt ꝙ fimus irundinis tam linitus q̃ bi bitus conferat. Et alii ꝙ ſi abſcindatur caput Canis/uel draconis mordentis: & excorietur/ & ponatur aliquid de gũma Euforbii: & applicetur morſui liberat in totum. Nec mirum quia quando ſpolium Serpentis coquitur cum uino: ſi diſtilletur in aurem mi tigat: & quando lauatur os cum eo tollit dolorem dentium pre ſertim mixtum aceto. Et quidenicꝫ ſumit. ʒ. unam ſeminis Agni caſti cum uino/& butiro creditur liberari a quouis morſu.

Tract. iiii. de aliis morſibus.

Cap. i. de illo hominis rabidi/uel ieiuni/& cura.

MVlti putant ꝙ ſi homo rabibus morderet canẽ ſanũ poſ ſet inducere in eo ſimilem rabiem: quod ſi eſſet accideret ex maiori proportione actiuitatis ſaliue uenenoſe hominis reſpectu reſiſtentie canis. Ego tamen nunq̃ uidi/nec audiui canem fieri ra bidum ex morſu hominis/qui quando eſt rabidus/ timet/& fu git canes. Quando etiam uenenum non eſt diffuſum/nec ad huc cõmunicatum ſaliue: que ſepe differuntur non inficeret. Et dato ꝙ eſſet diffuſum: oporteret probare ꝙ potentia hominis ſu peret reſiſtentiam canis / quod eſt difficile: quia complexio iſtius

non eſt

non eſt apta diſtemperari, ut illa hominis. Signum eſt quia multa tollerantur ab eis, quibus infirmantur homines, ſi etiam eſſent æquales: nocumenta tamen illata canibus, minus indiſponunt. nam & incognita aliquando minus perturbant. non enim illi proſpiciunt mala. dentes deniq; hominis potius contundunt carnem, q̃ ſoluant cotinuum. Et multi tenent ꝙ ſi canis rabidus morderet alium rabidum, non interficeret, ſicut nec una uipera aliam: quia potentiæ ſunt æquales: ſed nõ eſt ſic, quoniam multum operatur indiſpoſitio corporis unius reſpectu alterius ad agendum / & patiendum.

Quantum uero ad curam iſtorum, dicunt ꝙ caro bubulæ comeſta liberet prædictos. De regimine uero ſex rerum nõ naturalium iam patuit.

Cap. ii. quomodo ſaliua hominis conferat / uel noceat.

QVamuis illa ſani credatur aduerſari ueneno cuiuſcunq; animalis: experientia enim interficit ſcorpionem, & mortificat ſerpentes, & aliquando curat impetigines / & ſerpigines. ineſt enim ei quædam humiditas ſalſa, quæ reſoluit / abſtergit / &c. præſertim cum modico ſalis armoniaci in ore. Poteſt tamen uitiari ab acutie humoris colerici / uel melancolici: ut fertur de illa hominis ruffi / uel famelici: & longe plus ab illa leproſi: quia ſapit naturam lepræ: & in iſtis indiſpoſitionibus illa iuuenis magis lædit q̃ ſenis, & iſtius q̃ pueri / & maſculi q̃ fœminæ: cum enim ſint permutatæ a propria natura: ideo calidicas / & malitia ſuperinducta illi ſubiecto quanto eſt ualidius tãto producit effectus cum maiori impreſſione illius malæ diſpoſitionis. unde morſus iuuenis ieiuni quando eſt iratus magis nocet: quia calor iræ magis effrenitat ſtomacho uacuo: quoniam cibus ſua humiditate reprimit / & ingroſſat coleram.

In habentibus autem naturam / & complexionem temperatam illa hominis ſani eſt magis idonea ratione ſimilitudinis naturæ. nam & efficacius adiuuat digeſtionem, & aduerſãtur per ſe cuiq;

ueneno: de qua proprie uerificantur prius narrata. Medici tamẽ curant morſus iratorum cum .3. media pulueris cancrorum fluuialium uſtorum cum uino: quod non ſufficeret, quando fuiſſet ſubſecuta ebullitio alicuius humoris: oporteret enim prius amouere putredinem/& cauſam antecedentium/& corpoream.

Cap. iii. de morſibus non uenenoſis.

MVlta animalia ledunt ſolum contũdendo carnem. Et minus habentia dentes paruos obtuſos/ut homo: habentia uero illos acutos ſoluũt continuum ꝙ aliqua faciunt cum unguibus, que interdum adeo nocent/ut poſtea ulcera fiant uenenoſa: uel fiſtulentur.

Multi autem putant ꝙ portare ſecum dentem caninum Lupi preſeruet a morſibus: idem referunt de canino Leopardi/& canis preſertim nigri: quia nullus latrat contra eum. Et quãdo oculus dexter alicuius lupi oſtenditur aliis fugiunt. Et quando cauda ipſius ſepelitur in aliqua uilla nullus accedit. Et ſuſpenſa ſupra preſepe uaccarum non apropinquant. Paſtores uero faciunt ignem cum flamma ad fugandum illos. Fertur etiam ꝙ portãtes ſecum Cor uulturis: ſunt tuti ab impetu ferarum ſerpentum & latronũ: & addunt ꝙ mitigat iras Regum. Et cor ueſpertilionis dicitur defendere a nocumentis Salamandre. Et cerebrum galline cum modico pipere/& uino lymphato: defendit a ſupradictis. Fabulãtur etiam ꝙ ſi puluis Ellebori ponatur ſuper cauernam ipſorum deterret eos. Et ſi uulpes/uel Canes comederent de eo fierent. Ceci folia uero Arnogloſſe portata ſub pollice pedis dextri: dicuntur fugare Canes/qui quando bibũt de decoctione Aſparagorum moriuntur/& quãdo ipſa miſcetur decoctioni Cameleontis albe oleo & farine interficit illos porcos/& mures comedentes de illa/hec referuntur.

Cap. iiii. de morſu Cati mule/& aliquorum.

CVum dentes cati mordendo profundantur inducunt dolorem. Sed cũ aiunt ꝙ locus morſus fiat uiridis a calitate urẽ

te/ſi eſſet uerum accideret potius a frigiditate extrinſeca coagēte cū calore temperato morſi: uel forſan quando illic defluit aliqua hu miditas: in quam agit calor loci/uel ſuperinductus a dolore. Et quando alteratio non multum proceſſit color tendit ad uiriditatē Et quando continuatur actio uertitur in ingredinem. Non enim accidit de humoribus in corporibus noſtris: ſicut de aliis mixtis: que in principio denigrantur ab igne: & poſtea dealbantur, quia calores ſunt diuerſi/& ſubiecta non æque apta alterari. Curan tur autem bono regimine. Et quidam dabant eis cerebra aliorū animallium/& uinum clarum boni odoris limphatum: & ſepe lauabant ulcus urina hominis: quia corrodit malam impreſſio nem/& alii cum lacte Capre/& origano. Similiter curatur mor ſus muris ſilueſtris/& Simie/& aliquorum ſuper quos ueteres po nebant fabas maſticatas. Et quidam putant ꝙ betonica/& plan tago ſumpte cum uino uetericonferant ad omnes. Et ꝙ fimus caprarum decocttus in aceto/& linitus ſuper ulcus ſanet.

Circa locum autē morſus Mule interdum oriuntur ampulle ple ne humiditate citrina/uel rubea. Et ideo quidam crediderunt ꝙ eſ ſet uenenoſus preſertim: quia naſcitur ex ſpeciebus diuerſis/puta Aſina & equo/ſeu ex equa/& illo: Sed licet accidentia que ſequū tur: ſint acta multum nocere. Et deteriora cauſantur ex mor ſu femine ꝗ maſculi: illa enim habet Saliuam obnoxiam putre dini/quā impetus ire poteſt inflāmare: & ab ea poſtea alterari hu mores: & ſanguis nō ſic ex morſu muli: qa & ſi poſſit maiori īpe tu mordere/& fortius pturbare: quia tn̄ caret illa humiditate pu treſcibili: non ſequūtur ad ipſum accidentia adeo mala. Ampul le igitur in morſu mule/ſunt aliqn̄ rubee: quādo ſanguis fluit ad locum morſum: aliquando citrine quando portio colere. Sed ac cidit ꝙ morſus non poſſit mingere quando multum ſudat: quia aquoſitas uertenda in urinam dirigitur ad mēbra extrinſeca a qui bus relaxatur ſudore. Et interdum ſequitur contortio uiſcerum: quādo uapores illarum humiditatum uertuntur in uentum. Cu rantur autem ſicut morſi a Cato/& ulcus circūquaꝗ fomentetur decoctione nepite.

Cap . v . de ueneno gladii/uel ſagitte uenenatorum.

QVãuis dicãt ꝙ ſit frigidũ non eſt ſic/ut retulimus in ca-
pitulo de felle Leopardi: poſſunt tamen aliquando eſſe
frigida : puta ſpuma/uel ſanguis botracis ſupcalefacte. Oẽs aũt ut
plurimum curantur cum calidis/ut conſeruetur caliditas ĩnata/&
reſoluatur uenenum : quod ante alia debet educi ex ulcere cũ gal-
lina euiſcerata : aut uentoſa/ & cum fuerit mundatum poni ſuper
illud de magnete trito : non loquor nunc de uulneribus magnis
illatis cum enſe : que debent prius reſarciri/ſed de aliis.
In omnidus tamen quando eſt timor ꝙ partes propinque putre-
ſcant : quod ſepe ducit ad mortem/debet dariin potu galbanum
cum mirrha & uino. Eſt etiam expertum ꝙ puluis ſulfuris mix-
tus ſputo hominis ſani curat ulcera predicta/& morſus omnium
animalium aquaticorum . Et due uncie Agrimonie trite ſumpte
cum duobus Chyatis uini liberant . Aſſa deniꝗ cum oleo non
ſolum curat/ſed expellit ſagittam uenenatam . Nam & permixta
lacti aſine ſuper dentem molarem extrahit ipſum . Q uando au
tem ſagitta remanſit in ulcere poſſet forſan educi fruſto magnetis
preſertim cum Ethiopico/uel cum ligno Cornui : quia habet for-
tem attractiuam dũmodo tangatur . Et quidam ungunt ſibi di-
gitum cum colequintida : que naſcitur ſolitarie in arbore,quoniã
trahit multum a remotis : quod adiuuat uis expulſiua : & quando
nõ poteſt tangi cũ digito/fiat aliud artificio/et ungatur cũ ea et tan
gatur. Et Ariſtoteles ſeptimo de naturis animalium cap. ſexto Ca
pras inquit ſilueſtres ſagitta tranſfixas dictamum herbam quere-
re/aiunt qua ſpicula ex corpore exiiciũtur/& Theophraſtus ꝙ iſta
deuorata eiicitur illa.
Pro tutela deniꝗ ultra prædicta annotaui remedium ſalubre,
& expertũ : quod ſane nullum amicum,qui hactenus illo uſus
eſt,uiderim fefelliſſe : nedum in præſeruando a uenenis,ſed etiã
a peſte / & quauis contagione : Capiantur granorum citri .3.
media , mirobolanorum kebulorum .3. duæ , luti armeni .3.
una cum dimidio, corticum ligni limonum/ carabe / mirrhæ :
corallorum rub. croci añ. 3. una,oſſis de corde cerui/ ligni aloes :

CAP. V.

gariofilorum an̄.ʒ. unum/aloes loti ad pondus omnium, te-
rantur, & fiat paſta cum optimo uino: & ex hac pilullæ ex om
ni dragma ſex, de quibus qui ſuſpicatur frequenter ſumat ſaltē
duas ſtomacho uacuo, & differat cibum per duas horas.
Aliud expertum eſt, & quando uenenatus uel morſus ſentit fri
gus, ſtatim capiat modicum aſſæ fætidæ/ariſtologiæ rotundæ/
terbētinæ ſublimatæ/tiriacæ/petrolei, & omnia diſſoluat in uno
ciato uini boni, & ſumat totum in potu: quia liberabitur per
ſudorē/ & ſpumā: quia tamen interea debilitatur, debet
ſtatim refocillari cum notis. de primo tamen
uidebis mirabiles effectus.
Vale Auguſtine.

τέλος.

Regiſtrum

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK

Omnes ſunt terni præter AA & KK qui ſunt duerni.

Romæ excuſum in ædibus Iacobi Mazochii Ro. Academiæ
Bibliopolæ: Anno Virginei partus. M. D. XXI.
die Decima menſis Octobris. Pontificatus
S. D. N. domini Leonis diuina pro-
uidentia papæ decimi
Anno Nono.

Haller, Bibliotheca Botanica,
I. pag. 244, bezweifelt die Existenz der vor-
liegenden Ausgabe! (Dr. Holzinger)